RESPONSIO
D. ARCHIEPISCOPI
CAMERACENSIS
DECLARATIONI

D. ARCHIEPISCOPI PARISIENSIS, D. Episcopi Meldensis, & D. Episcopi Carnotensis.

IN LIBRUM
CUI TITULUS EST
EXPLICATION DES MAXIMES des Saints.



M. DC. XCVIII.



DECLARATIO.

JAMDUDUM in testimonium vocatos respondere tandem nos oportet. 1
Illustrissimus & Reverendissimus DD. Archiepiscopus Dux Cameracensis, ab ipso libri initio cui Titulus EXPLICATION DES MAXIMES DES SAINTS, &c. & in in ipsâ præfatione seu commonitione prævià, duos commemoravit ex nobis, quorum doctrinam ac decreta 34. articulis comprehensa tantum copiosius exponenda susceperit. Tertius verò etiam constitutione publicâ eamdem cum illis sententiam promulgavit.

RESPONSUM.

Illos præsules commemoravi non ut eorum testimonio mihi autoritatem conciliarem, sed ut mihimet

neceſſitatem imponerem 34. articulis Iſſiacis quos cum eis ſtatueram nullâ in re adverſandi. Reverendiſſimus Meldenſis Epiſcopus cum de Caritate & oratione paſſivâ loquitur ab iis articulis, ut aliàs probabo declinavit. Ego autem mei ſyſtematis cum 34. articulis Iſſiacis convenientiam probare pro virili jam enitar.

DECLARATIO.

2. Idem Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Archiepiſcopus datis ad SS. D. N. Innocentium Papam XII. literis, iiſdem articulis atque Epiſcoporum adverſus quoſdam libellos cenſuris nititur: tres autem tantùm ſumus qui eoſdem libellos, eorumve *loca quædam* cenſurâ notandos duxerimus.

RESPONSUM.

Dixi quidem ſtatutos à me fuiſſe cum Præſulibus articulos ut eos mihi pro normâ eſſe profiterer. At nullâ in re nitor eorum cenſuris quarum nec directè, nec indirectè particeps unquam fui.

DECLARATIO.

3. Neque tamen *loca quædam*, ut idem

Auctor afferit : fed pleraque omnia, ac totos libellos , ipfumque adeo eorumdem librorum fpiritum elifum voluimus.

RESPONSUM.

Non eos exhibui dicentes *quædam effe loca* in libellis , &c. Ego ipfe à me non commemoratis Epifcopis id dico.

DECLARATIO.

Neque ut in eadem Epiftolâ fcribitur, adversùs myfticos aliquot anteactis fæculis , Theologicorum dogmatum veniali infcitiâ laborantes nofter *zelus excanduit* , fed adversùs notiffimos noftræ ætatis Quietiftas graviffimè lapfos cenfuræ noftræ articulique directi funt. 4.

RESPONSUM.

Dixi *Quietiftarum dogma nefandum ac perfectionis fpeciem præ fe ferens , uti cancer , jam ferpere* , &c. Addidi probos fcriptores myfticos errori adhuc latenti imprudentes faviffe. Atque præcisè in hunc errorem à proborum myfticorum verbis latebras quærentem excanduiffe acerrimum clariffimorum Epifcoporum zelum afferui.

Cur volunt à me dictum eſſe eorum zelum excanduiſſe in præteritarum ætatum ſcriptores hoc à verborum meorum ſenſu longiſſimè diſtat.

DECLARATIO.

5. Neque confugimus ad *obvium naturalemque ſenſum* tanquam occultior ſenſus ſubeſſet, qui tolerari forſitan poſſet ; ſed venenum libellorum in aperto eſſe duximus.

RESPONSUM.

Senſus obvius eſt verus libri ſenſus. Atque in hoc ſenſu Janſenij librum damnare omnes adigit Summus Pontifex. *Senſus obvius* non is eſt qui primo occurrit ei qui opus aliquod non ſatis perpenderit aut perfunctoriè tantum evolverit. Id Romanæ Eccleſiæ exemplo paulo ante à me allato convincitur. *Senſus obvius* ut ipſius agendi ratione edocemur, is eſt qui animo obverſatur, cum liber ſufficienter examinatus eſt, atque is verus eſt libri ſenſus. Quem ſenſum quum *obvium* vocaſſem inſuper *naturalem* nuncupavi, expreſſiùſne loqui poteram?

5

DECLARATIO.

Latet etiam nos, ex articulis censurisve nostris aliquos arripuisse *occasionem, amorem purum, & contemplationem quasi deliræ mentis ineptias deridendi* : Ut est in Epistolâ proditum. 6.
In eadem Epistolâ rursus libri summâ expositâ omnia *iisdem articulis consona* perhibentur.

RESPONSUM.

Septem aut octo ab hinc mensibus Parisiis & in Provinciis plurimi sparsi sunt libelli ad probandum non posse Deum amari, nisi quatenus beatificantem qui si non bearet nec etiam diligi posset. Omnia hæc ferè scripta penes me sunt, quæ etiam in medium proferre paratus sum, licet nemini ea imputem. Reverendissimus Meldensis Episcopus qui tantâ apud viros eruditos autoritate præstat, iis hoc exemplo præfuit, ut in ejus libro videre est. Nonne in eo significat
Theologos aliquot adeò præoccupatos fuisse ut eum insimularint quod p. 457. 458.
suppositiones impossibiles & sacrificia conditionata admiserit. *Plurimi*, inquit, *docti viri qui has suppositiones im-*

possibiles inter posterioris ætatis sanctos
Instr. de statib. orat. p. 335. *tam frequentes vident eo inducuntur ut* eas vilipendant ac reprobent *velut pias amentias, aut saltem ut infirmas pietatis exercitationes quibus de priorum sæculorum gravitate degeneraverint, at non sinit veritas ut eorum sermonibus assentiar.* Hic Episcopus sanctum Clementem Alexand. & sancti Chrysostomi scholam iis opponit. At alibi videbimus eum huic regulæ non semper adhæsisse, & ejus doctrinâ de actu Charitatis ad quem beatitudinis motivum, ut essentiale exigit, vilescere quidquid probare intendit: re
p. 443. p. 335. verâ ipse in Moyse & Paulo *pios excessus* vocat id quod alij juxta eum *pias amentias* dixere. Sensus idem, verbis tantisper temperatis.

Quantũ attinet ad orationẽ simplicis coram Deo præsentiæ quæ vera est contemplatio, nostræ ætatis Author celebris, eâ pro virili depressâ hanc absolutam cujusque status animabus normam statuit ut tantum Dei præsentiæ vacent iis diei horis quæ sibi supersunt, cum functæ fuerint cœteris omnibus exercitiis ut sunt medi-

ratio, examina, atque alij actus consueti: quâ re amandatur contemplatio in extremum vitæ interioris exercitiorum locum, contra normam tot sanctorum qui eam meditationi ante posuerunt in animabus quæ ad eam verè alliciuntur.

DECLARATIO.

7. Quæ cum ita sint, cumque prædictus liber nostrâ se sententiâ tueatur, quid de eo sentiamus promere cogimur: non tamen ad hæc extrema dolentes anteà devenimus, quam omnia conati & experti, ut fraternum animum flecteremus: omnino necessitati cedimus, ne quisquam in eumdem librum consentire nos putet, ac, quod gravissimum foret, ne SS. D. N. Papa quem impensissimè & devotissimè colimus, cuique ut capiti fide indivulsâ adhæremus doctrinæ quam Romana improbet Ecclesia, ullo modo favere nos arbitretur.

RESPONSUM.

Eorum Præſulum de quibus meritò quærerer, agendi ratio ea fuit, ut ſi eam proferrem, fidem mereri poſſe me non ſperarem. At lectori judicare licet de iis omnibus quæ inter nos tranſacta ſunt, ex factis ſequentibus de quibus dubitare nemo poteſt.

1°. D. Meldenſis Epiſcopus ſcripto quod Romam miſi, pollicitus ſe meis quæſitis reſponſurum cum pariter ipſius quæſtionibus reſpondiſſem, mea quidem reſponſa accepit, ſua autem mihi contra pacta deinde denegavit.

2°. Præſules mei libri explicationes quas publici juris facere promittebam, rejecerunt: illæ explicationes erant eæ ipſæ quæ continentur in meo ad Reverendiſſimum Carnotenſem Epiſcopum reſponſo Romæ producto, in meâ paſtorali Epiſtolâ typis mandatâ, & in præſenti ad eorum declarationem reſponſo. Retra-

ſtationem ſaltem indirectam à me cudi volebant.

3°. Mihi Cameracum reverſo D. Carnotenſis Epiſcopus proponi curavit ut paſtoralem Epiſtolam quâ me purgarem dum nova mei libri editio pararetur, ederem; conſcripſi paſtoralem illam Epiſtolam quæ nunc Typis data eſt, atque huic Præſuli ſignificavi ut unanimes à ſummo Pontifice efflagitaremus, Romanis Theologis demandaret novam illam libri editionem adornandam, ita ut totâ re permiſſâ iis Theologis quibus ſatis zeli & lucis affulget ut nullâ in re Quietiſmo faveant, nos quid Romæ fieret expectantes, conjunctiſſimi interim viveremus, promptum reſponſum poſtulabam. Pro reſponſo declarationem typis in me mandatam accepi. Epiſtolam quæ ad me Carnotenſis Epiſcopi nomine ſcripta eſt, Romam miſi.

4°. Denique declaratione mihi imputantur portentoſiſſimi errores quorum vel ſola cognitione horret animus, mei libri textu ferè ubique mu-

tato : ipſa etiam attemperamenta vel evidentiſſima rejiciuntur & contradictiones nuncupantur ; qua ratione ſanctiſſimis quoque libris omne ſubſidium præcluditur. *

Ex his certiſſimis factis judicare licet de iis quæ fidem omnem ſuperarent ſi abſque conſcriptis probationibus ea proferrem. Epiſcopi explicationes ſaniores & maximè naturales rejecere ut me ad retractationem adigerent. Deinde ubi eorum tribunal ſubire me nolle, atque ad ſummum Pontificem confugere animadverterunt, ipſius judicium præmaturâ & indirectâ cenſurâ prævenire non dubitarunt, quâ omnium in me
* odium iniquiſſimis & à libri mei textu alieniſſimis criminationibus concitare conantur. Atque hæc ſunt *extrema ad quæ dolentes non antea devenerunt quam omnia conati & experti ut fraternum animum flecterent.*

DECLARATIO.

1. Ac primum quidem eorumdem

articulorum quos prædictus liber commemorat, ea fuit ratio. Cum apud nos extaret mulier, quæ edito libello, cui titulus, MOYEN COURT, &c. & aliis ejusmodi; sparsisque M. SS. Quietistarum factionis Dux esse videretur: Ea consultores tres dari sibi postulavit, quorum judicio staret. His illustrissimus Auctor quartus accessit. Itaque animus fuit eam & ejus asseclas quibusdam finibus coërcere, occupare suffugia atque ex certissimis & notissimis fidei Symbolis: ipsâque oratione Dominicâ ac scripturarum & sanctæ traditionis, virorumque spiritualium dogmatibus, propositiones à Conciliis ac sede Apostolicâ, vel in se, vel in ipso fonte damnatas indicare. Hic ergo nostrorum articulorum ac censurarum scopus, hæc ratio est. An autem hos articulos, atque censuras prædictus liber extendat & explicet tantum, an vero intervertat, sequentia demonstrabunt.

D. Paris. tunc Cathalaunensis.
D. Meldensis.
D. Tronson tertius sulpitianæ societatis superior.

RESPONSUM.

Ea ut gesta sunt subjiciam. Non quartus accessi consultor illius de

qua Prælati loquuntur illorum censuræ particeps haud fui, sed triginta quatuor articulorum, quos cum eis composui, quosque in meo libro ita explicuisse mihi videor ut ab iis nullo in capite declinaverim.

DECLARATIO.

9. Imprimis spes Theologica in eo libro tollitur, eum extra statum gratiæ, tum inter perfectos in ipso gratiæ statu. Extra statum quidem gratiæ, cum dicitur ante justificationem amore spei ita amari Deum, ut in eo amore, amor sui, nempè proprij commodi, seu propriæ felicitatis, tanquam motivum præcipuum dominetur, ipsique motivo divinæ gloriæ prævaleat; unde efficitur ut spes, motivo quippè creato seu commodo proprio nixa, non sit virtus Theologica, sed vitium.

RESPONSUM.

Cur spei actus cum habituali animæ sperantis habitu confunditur? perspicuum est meos quinque amores esse quinque habitus, non quinque actus sæpius dixi quintum esse *habitualem nec omnis variationis expertem.* *Admonit.*

Quod de actu dictum nunquam fuit. p.22. l.
Dixi 4um. & 5um. de quibus ſolis in p.272.
meo ſyſtemate loqui mihi neceſſe erat
contineri omnes virtutum omnium
diſtinctos actus. Quis uno actu omnes
illos diſtinctos actus contineri unquam
affirmavit? dixi etiam de 3°.
amore de quo hic agitur eo includi
initium amoris Dei propter ipſum. Juxta
me *amor Dei propter ipſum* Caritas pag 4.
eſt. Atque ſpei actu includi non poteſt
Caritatis actus, ergo de habitu
loquor non de actu. Quinque amores
mei ſunt quinque habitus ut tres
amores plerorumque Patrum qui S.F.de dilig.
ſervos, mercenarios, & filios diſtingunt Deo.
ut ſunt quatuor ſancti Bernardi ut R.a. S.
amores Richardi à ſancto Victore, ſancti
Thomæ, Bellarmini, plurimorumque
aliorum ſunt habitus. Hoc
poſito fundamento, objectio in ſuos
Authores recidit. Volunt ne nullum
eſſe ante juſtificationem ſtatum in
quo peccator ſperare poſſit licet
Deum ſibi non præferat? Si hoc ita
ſit ſpem omnem rejiciunt à ſtatu peccatorum
qui peccatores manent, atque
Deum ſibi ipſis non præferunt,

Vict. de grad. char.
S.T. 2. 2 q.24. a.9.
Bel.l.2. de Monac. c. 12. p. 159. tom.1. L R. & ſeq.

eo ipſo illi Præſules in errorem quem mihi imputant incidunt. Divinæ gloriæ motivum procul dubio Caritatis motivum eſt. Arguunt me quod dixerim motivum illud in ſtatu ſperantis peccatoris non adhuc dominari, ergo ſecundum eos neceſſe eſt ut peccator ſperare non poſſit quin ſimul in ipſo illud Caritatis motivum dominetur. Atqui in peccatore quandiu peccator remanet, non dominatur illud Caritatis motivum: & peccator ob id unum remanet peccator quod cupiditas ſeu amor ſui inordinatus in ipſo etiamnum prævaleat Caritatis motivo. Ergo ſecundum hos Epiſcopos peccator remanens peccator nullum unquam ſpei actum elicere poteſt.

En evidentiſſima atque immediata principij in ipſorum declaratione expreſſi conſequentia.

Ego autem qui arbitror in peccatore ante ipſius juſtificationem nondum dominari illud divinæ gloriæ motivum, arbitror etiam poſſe quempiam abſque hoc motivo dominante ſperare. Hîc tres Epiſcopi agnoſcunt

proprium commodum esse sui *amorem* & *propriæ beatitudinis, amor sui*, inquiunt, *nempè proprij commodi seu propriæ felicitatis* : Atqui statu peccatoris status est in quo Caritatis motivum nondum dominatur, & in quo *proprium commodum seu amor sui* prævalet. Ergo quod à me dictum est, jure dictum est. Atque hæc sunt quæ ad amoris spei statum pertinent. Quantum ad actum spei existimo spei actu non includi dominans Caritatis motivum quod Prælati introducere cuperent, tunc enim justificaret peccatorem. Non etiam eo includitur formalis sui ad Deum præferentia, tunc enim vitiosus foret. At anima eo actu citra ullam comparationem nihil aliud intuetur nisi Deum solum quatenus suum summum est atque unicè optabile bonum.

DECLARATIO.

Quo etiam fit, ut ei, licet perperam, applicetur illud axioma sancti Augustini. · Quod non provenit ex principio Caritatis, provenit ex cupiditate, atque ab amore illo qui fons sit ac radix omnium vitiorum, eorum scilicet quæ in nobis Dei ze- 10. p. 7. 8.

lantis æmulatio impugnet.

RESPONSUM.

Hoc applico axioma ſtatui amoris peccatoris qui ſperat, non autem actui ipſius ſpei. Ideo Deus æmulatur quod homo ſe magis quam Deum amet. Hoc loco ut toties Auguſtinus Caritatem ſumpſi pro quolibet etiam naturali boni, ordinis, juſtitiæ amore, qui ordo Deus ipſe eſt implicitè cognitus; cupiditatem autem pro quolibet privato ſui amore. Ille noſtri amor, ordinis amori, ſubjici, vel non-ſubjici poteſt. Cum ſujicitur pro bono habendus eſt, cum non ſubjicitur, *radix eſt omnium vitiorum.* Conſtat quidem in peccatore qui ſe magis quam Deum diligit, hunc ſui amorem omnium vitiorum quibus contaminatur eſſe radicem. At dixi ne hunc dominantem noſtri amorem influere in ſupernaturalem peccatoris actum? dixine hunc amorem in omni actu dominari? Author cujus ſyſtema exigit naturalem noſtri amorem qui imperfectio eſt, licet non ſit peccatum, inſimulari non poteſt nullum inter Charitatem Theologicam vir-

tutem & vitiosam cupiditatem medium agnoscere. Sed qui ut D. Meldensis Episcopus suam de hoc naturali nostri amore sententiam aperire renuunt, id quamvis scripto polliciti, in animum sibi inducere possunt, ut mihi videntur sibi explicato hac de re opus esse, si extra omnem suspicionem esse velint.

DECLARATIO.

Post justificationem verò in statu perfecto sive amoris puri inducitur ea spes quæ sit quidem in animo, animum tamen non moveat; in quâ quippè amor sit purus, nullo motivo utili timoris aut spei mixtus (tanquam perfecta Caritas spem perinde ac timorem foras mittat:) ita ut anima proprij commodi ratione aut motivo non excitetur: incentivaque proprij commodi scripturis, traditionibus & Ecclesiæ precibus toties inculcata perfectis mentibus subtrahantur.

11. p.15. 23.24. 102. &c. p.12. 26. p.33.

RESPONSUM.

Motivum non jam est motivum, quum voluntatem non movet, id constat. Sed ubinam dixi volunta-

tem motivo non excitari, & quamvis id etiam dixissem nihil contra me inde colligi posset. Quippe sub *formalis objecti* nomine, dixi quidquid de vi & efficaciâ motivi dici potest & vocem illam *motivum* servavi ad exprimendum amoris principium, quo interiùs movemur. Sed videamus quæ citentur loca. Paginâ 12. Dico anima *proprij commodi motivo non jam excitatur pag.26. Qui puro amore absque ullâ proprij commodi admixtione diligit, non jam proprij commodi motivo excitatur.* pag.33. *Tandiu relinquendæ sunt animæ in amore puro qui proprij commodi motivum adhuc adjunctum habet quandiu eas gratia in eo sinit, permanere.* In omnibus illis locis ab Episcopis citatis non reperientur quæ mihi imputant hæc nimirum verba, *nullo motivo utili timoris aut spei mixtus.* Ut quid hanc vocem *utilis* quæ à me nullibi rejicitur & cujus sensum in totius libri mei contextu admitto, interposuere pro voce proprij *commodi* seu *mercenarii*? cui sensum maxime diversum à me tribui manifestum est. Equidem me Patrum exemplo spem timori ad-

junxisse fateor, at eorum quoque exemplo spem timori perpetuò ante posui. Prætereà neutrum à perfectis exclusum volui, adimere tantum à perfectis intendi id quod in timore *servile* est, & quod in spe *mercenarium* est, id est naturales & imperfectos actus qui duas illas supernaturales virtutes comitantur. Volui in minus perfectis animabus *mercenaria* virtutum *motiva* servari, id est eas solatiis levari & iis excitari rationibus quibus *mixtus amor* in ipsis foveretur, juxta illud Chrysostomi, *si quis imbecillior sit etiam in præmia spectet.* Et juxta illud Ambrosii, *angustæ mentes invitentur promissis, erigantur speratis mercedibus.* Hæc ut toties dixi, admixtio non est in supernaturalibus actibus, sed in statu animæ eos elicientis. Dixi gratiam hæc sinere *motiva mercenaria seu admixta*, hoc est illam naturalis amoris admixtionem. *Hom. 76. in Joan.* *L. 1. de Abrah. c. 8.*

Re vera non dico à gratiâ produci eum amorem in quo *proprium commodum* consistit. Tantum dico gratiam *sinere eum* donec satis vehemens sit ut *p. 33.*

nullum nisi supernaturalibus actibus: quorum ipsa principium est, locum relinquat. At saltem quæ mihi imputantur verba, neque in citatis locis, neque alibi occurrunt.

DECLARATIO.

12. p. 10. 57. 135. c. pag 40. 44. 47.

Quæ sit autem ratio proprii commodi in toto libro passim, ita explicatur ut anima nullo jam desiderio mercenario teneatur, neque meriti, neque perfectionis, neque felicitatis aut mercedis etiam æternæ, eoque redeat omnis sanctorum tum antiquorum tum recentiorum sententia.

RESPONSUM.

Verum quidem est me *proprio commodo* intelligere naturalem nostri ipsorum amorem quo universa naturalia vel supernaturalia quæ nobis proponuntur bona studiosè inquirimus. Contendo me ostendisse eam Patrum esse notitiam de *mercenareitate*, sanctorum autem contemplantium *de proprietate* nec non & Gallorum qui maximè hac nostrâ ætate probantur Authorum, quum in interioris vitæ rebus *de proprio commodo* locuti sunt. Ex tot tantisque authorita-

tibus vocibus definitis non dubito affirmare neque supernaturales spei virtutis Theologicæ actus, neque ejus motivum quod nostrum est summum bonum, ullatenus lædi affirmando *perfectos plerumque non excitari mercenario motivo, neque meriti neque perfectionis*, neque beatitudinis. Estne necesse ea velle naturali erga nos ipsos affectu? nunquamne satis nos ipsos diligimus nisi quando nos naturali & deliberato amore prosequimur? supernaturalis amor quem in ordine Dei cujus sumus nobis erga nos ipsos Spiritus Sanctus inspirat, nonne ad distinctarum virtutum exercitium sufficit? tres Præsules omnino contendunt meum supremum bonum quatenus meum bonum est, meum quoque proprium esse commodum. Contendunt spei motivum suâ naturâ semper esse *mercenarium*. At quâ ratione id affirmat Meldensis Episcopus qui beatitudinem *abjectè commodi* nomine ei indito, non vult exprimi? qui vult Spiritum Sanctum nobis à sancto Paulo expresse revelasse desiderium quo esse cum Christo

Instr. p.461.

ac proinde regnare cum eo optamus, summi boni esse desiderium, *puri*
Instr. p.83. *amoris ac perfectè gratuiti actum*? qui vult non posse tales actus inter mercenarios actus citra errorem annumerari?

Instr. p.339. Qui vult *terribilis propositi* actum quem elicuit sanctus Franciscus Salesius quum *impressionem ac veluti certæ mortis responsum ferebat* fuisse actum adeo gratuitum. Ergo juxta Meldensem Episcopum *commodum* aliquid est imperfecti quod à perfectis *adeoque gratuitis* desideriis tollēdum est. Odum suam hac de re mentem liquidò aperiat, meam interim tueri Doctrinam
p.43. 44. & 45. mihi suffecerit. Dixi formale spei objectum *esse meum bonum quatenus meum bonum, meam beatitudinem, meum præmium.... sub hac præcisione, in hac reduplicatione.... & formali conceptu.* Cum aliquid in quantum tale est desideramus, in quantum etiam tale est, nostrum excitat desiderium, & nostram voluntatem movet. Atque hoc ipsum Meldensis Episcopus in suo libro p.458. agnovit, ergo vis tota, realis & excitativa objecti qua-

tenus tale eſt, in meo libro abſque ullâ ambiguitatis ſpecie agnoſcitur. Quid ſuper eſt ad exhauriendum ſcholæ ſermonem niſi vox motivi? illa vox ſacranc habetur, ut *conſubſtantialis* & *tranſubſtantiationis*? ubi primum Eccleſia hanc pro ſacrâ habuerit primus illâ utar, eóque libentius quod triginta repetitionibus totum id quod eâ ſignificari volunt admiſerim, imo ſæpius eam adhibui in ſcriptis quæ confecto meo libro compoſui, ſtatim atque aliquos animadverti ægrè ferre quod vocem illam in meo libro eo ſenſu non uſurpaſſem. Quantùm autem ad vocabulum *commodi*, cum huic adjungitur vocabulum *proprij* & quantùm ad vocabulum *mercenarij* utrumque adhibui non ad ſignificandum ſummum bonum quatenus ſupernaturalis noſtræ ſpei eſt objectum, ſed ad exprimendum naturalem & deliberatum noſtri amorem quo Dei donis ſtudioſè adhæremus, lectorem rogo ut ratiocinationem quæ ſequitur attentè legat.

Tres Præſules quos mihi in mei

libri versione favêre nemo suspicabitur perpetuò vertunt *interessatum* per *mercenarium*. Unde sequitur *proprium interesse seu proprium commodum* & *mercenareitatem* idem esse, atque hæc verba *mercenarium* & *mercenareitas* juxta Patres cæterosque Sanctos imperfectionem ex vitâ perfectarum animarum amputandam exprimunt. Ergo *mercenareitate* seu *proprietate* sive *proprio commodo* amputatis nihil amputavi nisi aliquid imperfecti quod ante me sancti amputaverunt. Atque hæc sunt quæ ex ipsâ versione quâ mea verba hi Præsules transtulerunt, colligo. Hinc eorum declaratio tantum legenda est, inde Patrum testimonia quæ in meâ Pastorali Epistolâ de *mercenareitate* laudavi, evolvenda. Sed progrediamur.

A pag. 36. usque ad p.68.

Fundamenta vitæ spiritualis p.44. p.188.

D. Meldensis Episcopus approbatis Patris Surini libris simul approbavit hæc dici, *anima omnia deserit, ita ut sui ipsius, sui temporis, suæ æternitatis obliviscatur.* Hæc approbavit. *Homo se totum abnegavit in omnibus suis commodis humanis & divinis, nullâ sui boni ratione habitâ quoniam omnium quæ*

ad se pertinent oblitus fuit, vitæ sanitatis, & quidquid sibi accidere potest non solum in tempore sed etiam in æternitate, integrâ sui ipsius in Dei manus abjectione. Hæc approbavit, *præcipuè studet ut nihil unquam agat sui commodi intuitu*, & *nulli alij quam uni Deo placendi motivo adhæreat.* En omnia motiva ad unum Deo placendi quod Caritatis motivum est, redacta : ab omnibus aliis cavetur. Non simplex est momentanea abstractio. Positiva exclusio est, attenditur ut semper ea fiat, neque *unquam cohibeatur*, &c. D. Meldensis Episcopus enumeret multitudinem negationum quæ in iis verbis coacervantur, & quoties hæc absoluta vox, *nunquam*, in iis exclusionem cujuslibet alius motivi ad omnem statum, omnemque vitæ tenorem importet. Probavit ne Meldensis Episcopus ut spei supernaturalis motivum excluderetur cum *homo se totum abnegat in omnibus suis commodis humanis atque divinis non solum in tempore, sed etiam in æternitate?* Voluit ne Christianam vigilantiam eo tendere ut caveat à salutis motivo quod spei motivum est,

p. 314. & seq.

& uni motivo Deo placendi quod Caritatis motivum eſt adhæreamus? abſit ut hunc ei errorem imputem; probè intellexit in Patre Surino quod naturaliter intelligitur per *humana atque divina commoda... non ſolum in tēpore ſed etiam in æternitate*, probè animadvertit juſtam vim earum abſolutarum negationum cum eas approbavit, probè perſpexit tantum agi de excludendâ *mercenareitate* à patribus excluſâ, eamque excluſionem eſſe poſſe poſitivam atque conſtantem. Cur in meo libro ſenſum tribuit impium huic ipſi rei cui in Patre Surino ſenſum pium attribuit? cur univerſæ Eccleſiæ odium in me concitat quod dixerim *abſolutè devoveri proprium quoad æternitatem commodum*, licet nunquam ceſſemus ab optanda ſalute cum omnibus promiſſis quantumlibet extenſis, dum approbat ut ſe *quis totum abneget in omnibus ſuis commodis humanis atque divinis.. non ſolum in tempore ſed etiam in æternitate*. D. Meldenſis Epiſcopus cui manifeſtam impietatem approbare animus minimè fuit, agnovit ergo quid ſit diſcrimi-

nis inter *proprium commodum* etiam *divinum quoad æternitatem* & ſalutem æternam quam Deus nobis promittit, quamque ut ſperemus intendit. Cur in ſuo collega impugnat eam diſtinctionem quam ipſe & firmam & perpetuam agnovit.

Quum D. Pariſienſis Archiepiſcopus approbavit fratris Laurentii vitam à ſuo Vicario Generali domi ſuæ conſcriptam, ſimul approbavit ea quæ de hoc Fratre ibi referuntur. *Iste* p. 14.
Frater ſui ipſius obliviſcebatur, volebatque ſe ipſum propter Deum amittere .... neque de virtute, neque de ſuâ ſalute ſollicitus erat .... amore non mercede ſeu commodo ſemper ducebatur. Si commodum ſpei eſſentiale eſt hæc verba ſignificant Laurentium Fratrem ſpe nunquam ductum fuiſſe, hanc deſperationem nonne potius damnatam quam probatam oportuit? proponendus-ne erat omnibus fidelibus ille liber ut alendæ eorum pietati accom- *Approb.*
modatus, in quo ut mira perfectio. *fratris*
Fratri Laurentio tribuitur *quod opta-* *Lauren-*
verit Dei cognitioni ſubtrahere id quod *tii.*
propter eum unum agebat, ut nullâ inde p. 50.

mercede donatus gauderet quod Dei unius causâ purè quid fecisset ? En maximè absolutæ proprii commodi exclusiones. Non simplici abstractione actum transeuntem spectant, annorum circiter quadraginta status est. Hic Præsul tunc non sumpsit absolutam & perpetuam *commodi* exclusionem pro salutis & Christianæ spei exclusione. Reale horum duorum discrimen approbavit. Unum illud quod post tot sanctos approbavit secutus fui. Cur hoc mihi crimini datur ? cur in meo uno libro *proprium commodum* cum salute confunditur, ut omnium maxime impia desperatio mihi imputetur? dummodo in meo libro per proprium *commodum* & per *mercenarium motivum* intelligatur naturalis & imperfectus erga promissa dona affectus quemadmodum intellectus est in approbatis autoribus, omnes de *commodo* difficultates quæ ex illius vocis ambiguitate oriuntur evanescunt, juxta Patres cæterosque Sanctos sunt justi etiamnum *mercenarii.* Sunt justi perfectiores qui hac *mercenareitate* carent & qui purè *filii sunt.*

Hæc *mercenareitas* quam in perfectis amputant Patres, est *proprium commodum*, quod ego quoque in eisdem amputo. Vide loca in mea Pastorali citata.

DECLARATIO.

Hinc universim dictum, omne motivum mercenarium, ab omnibus virtutibus perfectarum animarum excludi: Quod etiam sancto Francisco Salesio, nullo allato loco, imò contra illius multa loca imputatur. 13. p. 40.

RESPONSUM.

Sanctus Franciscus Salesius de *proprio commodo*, seu de *mercenario motivo* plerumque non loquitur, quia pro sui temporis usu amorem *purum* esse & *mundum* dicebat, ut significaret eum esse gratuitum. Absolutis tamen verbis voluit nunquam posse animam in statu simplicitatis, ullam proprij *commodi admixtionem ferre.* Colloq. 12. p. 96.

Præterea omnes illæ exclusiones adeò sunt absolutæ, adeoque frequentes ut explicari non possint nisi in hunc imperfectum & mercenarium affectum quem excludo cadere intelligantur. Sola adducta à Meldensi Instr. l. 9.

Epiſcopo loca ſufficiunt ad probandam in magni hujus Sancti operibus gratuiti amoris doctrinam. Ea tantum legantur quæ in meâ Paſtorali
p.80. Epiſtolâ attuli, ad probandam gratuiti amoris de merito, perfectione & beatitudine liberalitatem. Publici etiam juris ſi opus eſt faciam excerpta hujus Sancti loca cum Analyſi ipſius doctrinæ; mirabitur lector quod mihi talis altercatio moveatur.

DECLARATIO.

14. Quo etiam ſpectat illud : velle nos
p.44. Deum, quatenus eſt noſtrum bonum,
45.46. noſtra felicitas, noſtra merces, & quidem formaliter ſub hac præcisâ ratione; ſed non propter hanc præciſam rationem : objectumque formale ſpei, eſſe commodum, nempè Deum nobis bonum, nec tamen ullum eſſe motivum mercenarium: quod quidem eſt pugnantia dicere: motivum non motivum inducere: ſpem ipſam elidere, quæ movendi animi virtute deſtituta, ſolo ſpei nomine gaudeat.

His ergo aliiſque; dum ſpei retento nomine, res ipſa tollitur, primi,

& trigesimi primi articuli ex nostris 34. de spei exercitio omni in statu retinendo, sensus ad fidem pertinens eluditur.

RESPONSUM.

Præsules in vertendis meis vocibus apparentem contradictionem de industria posuêre, in eadem lineâ *ratione præcisâ rationi præcisæ* oppositâ, at in hoc mei libri loco non opponuntur eadem verba, sed tantum *formale objectum* & *motivum* quod statim in sequentibus explico. Juxta me *formale objectum* est exterius objectum consideratum sub præcisâ ideâ bonitatis quâ desiderabile efficitur. Juxta me motivum est interius amoris principium quo ad desirandam illius objecti bonitatem feror. Dico objectum esse meum *interesse*, seu *meum commodum* sumpto commodo pro utilitate quadam & convenientiâ. Dico motivum non esse *interessatum*, seu *mercenarium*, quia meam utilitatem non quæro naturali mei ipsius amore quo *mercenarius* sive *interessatus* efficerer, sed gratiæ principio quo fit ut me propter Deum & illi placendi studio

diligam. Itaque hæ voces *ſub hac præciſione* opponi poſſunt iſtis, *hoc præciſo motivo.* Æquum erat de me ſic ſentire Præſules ut crederent omnium craſſiſſimam contradictionem unâ eademque lineâ contentam à me percipi potuiſſe. At ex duabus lineis quæ impugnatum ab eis locum immediatè ſequuntur, liquet *præciſum motivum* quod à me excluditur eſſe motivum mercenarium quod juxta me perpetuò eſt naturalis noſtri ipſorum amoris principium. Dico enim
p. 45. *objectum eſt mea* merces *ſeu commodum*, ſed *motivum non eſt mercenarium* itaque nulla occurrit contradictio. Meum bonum volo quatenus meum eſt bonum, non autem naturali & deliberato mei ipſius amore. Qui in rebus tanti momenti Coëpiſcopum inſimulant ſibi ipſi contradicere *certis cla-*
Decl. p. 8. *riſque ac ipſiſſimis verbis* hæc addentes *non erroris excuſatio ſed probatio eſt*, ſaltem ejus verba intervertere haud deberent. Declarandum eſt me etiam eo mei libri loco attendiſſe ad aliud doctrinæ caput quod noſtro duodecimo Iſſiaci articulo continetur, quod-

que tum in meâ ad ſummum Pontificem Epiſtolâ, tum in datis à me D. Carnotenſi Epiſcopo dilucidationibus atque alibi abſque ullâ variatione annotavi, huic nimirum, *in vitâ & oratione perfectiſſimâ omnes actus Chriſtianæ pietati eſſentiales in ſolâ Caritate coadunantur quatenus virtutes omnes vegetat, earumque exercitium imperat juxta illud Pauli, Caritas omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet hæc omnium* virtutum in ſolâ Caritate coadunatio hoc verbo *ſolâ* importat excluſivam negationem cujuſlibet virtutum actus qui à Caritate non imperaretur. Abſolutam hanc in noſtris triginta quatuor articulis excluſionem in meo Libro attemperavi, profitendo hunc perfectæ vitæ & virtutum in ſolâ Caritate coadunatarum ſtatum *non eſſe omnis variationis expertem.*

Nihil attinet dicere hanc omnium virtutum in ſolâ Caritate coadunationem, omnibus juſtis etiam imperfectis eſſe communem, & à Caritate ubicumque occurrat, omnes præveniri virtutes, cum ipſius finis ſit ul-

timus finis, & finis ultimus sit semper primum in intentione. Qui sic loquitur universa scholæ placita evertit nostrumque duodecimum Issiaci articulum in meram illusionem vertit. Illo articulo dictum oportuit aliquid reale & præcisum quod *vitæ & orationi perfectissimæ* solum competat. Habitualis omnium virtutum ad Caritatem relatio in justis vel imperfectissimis reperitur. Relatio igitur simpliciter habitualis non est illa omnium virtutum in solâ Caritate quatenùs eas imperat coadunatio; aliter duodecimo nostro articulo nihil grave inesset. Agnoscenda ergo est specialis omnium virtutum in solâ Caritate coadunatio quæ in eo consistit quod Caritas omnes virtutes præveniat, easque expresse imperet ut eas ad suum finem formaliter & explicitè referat, cum in vitâ justorum minùs perfectorum plerumque relatio illa sit tantum implicita & habitualis. Juxta sanctum Thomam imperatæ virtutis actus, propriâ specificatione non amissâ, assumunt speciem virtutis à quâ imperantur. Secundum

p. 3. q. 85. a. 2. ad 1. 2. q. 154 a. 8.

hanc normam ſpei actus à Caritate imperatus, ſpeciem Caritatis aſſumit ab eâ evehitur, perficitur, nobilitatur, propriâ ſpecie non amiſſâ, nec deſinendo veræ ſpei actus eſſe.

In ſpei actibus non imperatis, *præciſo* ſpei *motivo* anima excitatur. Summum enim intuetur bonum quatenus ſuum nec ulteriùs formaliter & expreſsè progreditur. In actibus ſpei imperatis ſui quidem boni motivo excitatur, *at non præciſo hoc motivo.* Illud enim motivum ſubordinatum verè ſemper atque realiter remanens evehitur & nobilitatur ſuperiore Caritatis motivo cui formaliter, expreſsè & explicitè adjungitur, atque hoc ipſum his verbis expreſſit Saleſius. Non ſequimur *hæc motiva ſimpliciter ut ad virtutem conducentia, verum ut motiva Deo accepta, grata, amata, dilecta . . . non dicimus nos Lugdunum contendere ſed Pariſios, cum Lugdunum non imus niſi ut Pariſios pergamus.* Quod hoc *præciſo motivo* naturaliter intelligitur, motivum eſt ſimplex, nihil ei addendo, illudque per ſuperius aliud motivum non evehendo, contra quod

Am. Dei l. 11. c. 14. p. 580.

nobiliore motivo evehitur, non *præcisum* eſt, nec ſimpliciter hujus virtutis motivum, ad ſuperiorem virtutem etiam pertinet.

Idem ſanctus Franciſcus Saleſius vult nullum virtutis actum relinqui quin hoc ſuperiore motivo *perfundatur*. Atque ut ad id invitemur, Beatorum nobis exemplum proponit. L. 16. 9. c. 14. p. 580. *Summum* inquit *noſtrarum actionum motivum quod divini amoris motivum eſt hac ſummâ proprietate gaudet ut puriùs exiſtens puriorem quoque quæ inde provenit, actionem exhibeat.* Vides actum à Caritate expreſsè imperatum, juxta Saleſium *puriorem* eſſe actu qui non imperatur, & qui tantum habitualiter ad finem ultimum refertur. Subdit *atque hoc adeò verum eſt ut Angeli & Sancti qui in Paradiſo degunt nihil quicquam propter ullum aliud quàm propter divinam bonitatem & uno illi placendi motivo diligant. Se mutuò verè & ardentiſſimè diligunt, nos etiam amant, virtutes amant non quatenus pulchras, ſed quatenus Deo gratas. Suam felicitatem diligunt non ut ſuam, ſed ut Deo acceptam.*
l. 11. c. 13. Hoc ipſum eſt divini beneplaciti mo-

tivum ad quod in capitis titulo *omne virtutum exercitium exigit* Salesius.

Tum illud ipsius spei motivum sumptum ut schola illud accipit, non definit reale esse motivum quod in voluntatem agat, at non jam est *præcisum motivum*, *non est enim juxta* nostrum Sanctum *simpliciter pium*, *sed motivum est Deo acceptum, gratum, amatum & dilectum.* Formalis & explicita hujus motivi ad aliud perfectius relatio, non hoc evertit, sed evehit ac perficit ut sanctus Bernardus dixit de timore quem perficit Caritas, non *annihilat sed certificat.* Componendo mei Libri locum de quo hic agitur, volui diversarum opinionum rationem habere, & gratuiti amoris liberalitatem quæ omnibus competeret statuere. Hinc beatitudinem posse aliquo modo vocari *commodum* volui, inde exclusi *proprium commodum* quod juxta me in naturali nostri ipsorum amore consistit. Quapropter dixi *sed motivum non est mercenarium.* Volui quoque supernaturalis spei motivum cum ejus à Caritate actus imperantur non esse simplex & *præcisum* sed for-

Vide insuper c. 4. 5. 6. 8 & 9. ejusdem Lib.

De Dilig. Deo.

maliter & explicitè à Caritatis motivo nobilitatum addendo nihil nisi unum *Dei beneplacitum eo spectari.* Illud constat. Sub nomine *objecti formalis* admisi quidquid tres Præsules sub nomine *motivi* postulant. Ipsum quoque motivum non aliter exclusi quam illud *mercenarium* nuncupando. Atqui motivum illud juxta me non est nisi naturalis spei motivum. Ergo objectum quatenus bonum, idest propriâ suâ bonitate voluntatem ad actus spei supernaturalis movere agnovi. Ergo 31. è nostris articulis Issiacis non elusi.

Ut trium Præsulum difficultas omnino elucidetur, hîc prius examinandum est quod mihi pag.10.num.3. exprobant, nempè mihi non satis fuisse dicere, ut habetur nostro 5°. articulo Issiaco, *in omni statu optandam salutem ut rem quam Deus vult, &c.* Verum insuper addidisse *optandam tantum ut rem quam Deus vult.* Illa est exclusiva cujuslibet alius motivi negatio de quâ querelam movent, & quâ inquiunt, proprium spei motivum detrahitur.

Reſpondeo 1°. noſtro 5°. ex articulis Iſſiaci debuiſſe contineri id omne quod Chriſtianæ ſpei erat eſſentiale. Hic erat illius præcisè explicandi locus agebatur de nullo relinquendo Quietiſtis quoad ſalutis deſiderium effugio. Si cardo difficultatis unicè vertebatur in hac differentia *velle noſtram ſalutem ut rem quam Deus velit & velle tantum ut rem quam Deus velit*, nullam nobis excuſationem reliquiſſet omiſſio illius decreti quod unum adverſus Quietiſtarum ſyſtema ſtatuendum erat. Dicendum à nobis fuerat noſtra ſalus optanda eſt, non ſolum ut rem quam Deus vult, vultque ut velimus, ſed etiam quod ejus objecti bonitas per ſe ipſam nos alliciat ſeparatim à conformitate ad divinam voluntatem, contra vero diligenter ab hujuſcemodi verbis abſtinuimus, atque ut quod ſpei in quolibet ſtatu eſſentiale eſt præcisè exprimeremus, ſatis habuimus exigere ut in omni perfectionis ſtatu, ſalus optetur ut res quam Deus vult, &c. Verum quidem eſt nos formaliter non permiſiſſe ne ſalus

optaretur nisi ut res quam Deus vult, sed tantumdem manifesto fecimus cum in eo ipso loco ubi nihil omittere essentiale est solum postulavimus eam optari ut rem *quam Deus vult*. Ipse etiam Meldensis Episcopus cum vehementius omnes optandæ salutis rationes urget nullam aliam adhibet præter divinam voluntatem. Itaque licet exclusivam particulam verbis expressis non adhiberet, eam necessariò induceret, nihil ulterius adhibens cum omnia in hac materiâ expromere vel vehementissimè enititur. Sed notandum est ipsum pag.83. ipsius Libri de statibus orationis sic loqui *Spiritus Sanctus expressè nobis per sanctum Paulum revelavit...... desiderium quo optamus esse cum Christo* (quod salutis desiderium est) *actum esse amoris, & amoris puri ac perfectè gratuiti quo Deum non ad nos, sed nos totos ad Deum, ejusque gloriam referimus. Tum ergo eum nobis amplius amamus cum nos nisi in ipso & propter ipsum amemus.* Juxta Meldensem Episcopum nos non amamus nisi propter Deum *in ipso propter ipsum*. En exclusivæ parti-

culæ. Ergo non optatur ſalus niſi propter ipſum, quod eſt eam non optare niſi conformitate ad Dei voluntatem. Quid mirum nonne divina voluntas propria omnium virtutum motiva complectitur, cum earum ſit ſuprema regula ut ſanctus Thomas affirmat. Divina voluntas non ſolum continet objecta quæ jubet ut velimus, ſed etiam rationes quibus ea volumus imperfecta eſſet illius ad divinam voluntatem conformitas qui objectum nudum optaret, nec moveretur bonitatis gradu quem in eo poſuit Deus, ejuſque ad finem noſtrum ultimum convenientiâ propter quam vult Deus ut illud exoptemus. Niſi objectum optaretur ut bonum, optaretur ut nullum ipſius enim bonitatis gradus ejus eſſe conſtituit, nec jam eſſet id quod eſt ſi nudum atque ea præciſa bonitate eſſet deſtitutum. Ergo manifeſtum eſt conformitate ad Dei voluntatem quantumvis extenſâ, nedum propria virtutum motiva detrahantur ea univerſa contineri. Ita qui dicit ſummum ſuum bonum ſe non optare niſi conformi-

ſui causâ deſiderij fundamentum. Objecti bonitas ipſiuſque convenientia movere nos haud poteſt ad illud nobis deſiderandum niſi in quantum nos ipſos amamus. Certo hoc poſito principio facilè intelligitur quomodo perfectæ animæ ſuam ſalutem non optent niſi purâ ad Dei voluntatem conformitate. 1°. Summum ſibi bonum optare nequeunt niſi eâ quâ ſe diligunt ratione, ſe autem non diligunt niſi purâ ad Dei voluntatem conformitate, plerumque ſe naturali amore non diligunt. Non ſe diligunt niſi ſupernaturaliter & gratiæ principio, non ſe diligunt amore quem Deo ſubdant, at ſe eo diligunt amore quem illis erga ſe ipſas inſpirat gratia. Non ſe diligunt niſi quia ad Deum pertinent, non ſe diligunt *niſi in ipſo & propter ipſum* ut loquitur Meldenſis Epiſcopus hoc ſe ordine diligunt, ipſius inſpirante gratiâ, hoc amore præditæ ſunt, omni alio plerumque carent. En negationes maximè abſolutæ. Nedum iis offendamur, ut contra piè erudiamur hoc perfecto amore quo ut ait Auguſti-

Inſtr. d ſtatib. orationis. p.14.

Hom. 38. in 50. nus, *non amabit homo in homine nisi Deum.* Atque nullum mihi bonum optare possum nisi eâ qua me amo ratione. Ergo me ipsum non amando nisi solâ conformitate ad voluntatem Dei qui me diligit, vultque ut me diligam, non possum summum mihi optare bonum nisi conformitate ad Dei ordinem qui Dei voluntas est. Negatio non excludit propriam objecti bonitatem neque ipsius ad meum finem convenientiam, sed tantum exprimit hoc bono & amabili objecto ob bonitatis gradum quem in eo Deus constituit, non jam perfecti justi voluntatem plerumque excitari nisi inquantùm Deus sui ipsius amorem divinâ voluntate & gratiæ impressione illi inspirat. Ut id repetam objecti bonitas semper agit & voluntatem realiter movet, sed ea tenus vim in eam exerit, quatenus Dei voluntas & ejus gratia id tribuit, hominem sibi ipsi in Deo & propter Deum carum præstando. Supposito quod me in Caritatis ordine diligam, mihi regnum Cœlorum optare nondum possum, nisi ante sciam Deum

qui mihi illud minimè debet, velle tamen illud mihi gratuitò largiri, si enim Deus id mihi concedere nollet contra ipsius ordinem optare non possem, en Dei beneplacitum ad quod me conformo. En itaque duplex extra controversiam negatio. 1°. Mihi Beatitudinem non opto nisi quod Deus me mihi carum præstet. 2°. Me non amando nisi quantum me ipsum amare imperat mihi Deus, mihi Beatitudinem non opto nisi quod sciam Deum qui eam mihi non debet, & qui eam mihi non largiri posset, velle tamen hanc mihi gratuitò concedere. Tunc summi boni desiderium quatenus nostrum bonum est, nos excitat licet non sit *mercenarium.* Hoc bonum volumus quatenus summum est nobis bonum; at desiderium illud est æquè purum & æquè perfectum atque ipse erga nos amor, quo id unicè fundatur, & quemadmodum amor quo nos ipsos diligimus æquè purus & in Dei ordine fundatus est ac amor quo proximum diligimus, sequitur nos tunc summum bonum nobis optare purâ ad

Dei voluntatem conformitate, & æquè perfectâ gratuiti amoris liberalitate quam ſit ea quâ id proximo deſideramus. Atque hoc ſenſu Sanctus Franciſcus Saleſius totque Sancti cum de hac amoris puritate loquerentur, negationes maximè excluſivas adhibuere non ad amputandum ab eo reale motivum quod objecti bonitas eſt, ſed ad ſignificandum hanc objecti bonitatem non movere voluntatem niſi quod Dei ordo & ipſius gratia efficiant ut ſe homo diligat, ac ſibi bona gratuitò promiſſa deſideret.

Colloq. 12. de ſimpl. p. 96. Sic, v. g. Saleſius dixit, *licet anima nullum unquam proprium commodum adjunctum ferre poſſit*, ſic dixit *paradi-*

Am. Dei l. 9. c. 4. *ſum non eſſe magis amabilem quam ſint vitæ præſentis ærumnæ, ſi Dei beneplacitum illic perinde atque hic occurrat.* Ipſe Meldenſis Epiſcopus, hæc ſancti Franciſci Saleſij verba refert. *Dei beneplaci-*

Inſtr. p. 331. *tum ſupremum eſt indifferentis animæ objectum, ita ut infernum cum Dei voluntate Paradiſo, ſine Dei voluntate anteponeret..... atque etiam Paradiſo infernum*

Am. Dei l. 9 cap 4. p. 288. *præferret ſi ſciret in inferno paulò plus divini beneplaciti affulgere quam in Paradi-*

ſa. Sequuntur alia ejuſdem Sancti verba quæ Meldenſis Epiſcopus ibidem laudat. *Anima vere perfecta atque* *Am.*
omnino pura non ob aliud hunc Paradiſum *Dei l.*
amat quam quod in eo ſponſus ametur, 10. c. 5.
adeò autem in ſuo Paradiſo ſummè ame- p. 308.
tur, ut ſi Paradiſo careret, non minus amabilis nec minus eſſet amatus ab hac generoſâ amante quæ ſponſi ſui Paradiſum amare haud novit, ſed Paradiſi ſponſum. Hæc amantium verba, ſubdit Meldenſis Epiſcopus *ut in Saleſij ſcriptis videre eſt, illi communia ſunt cum plurimis à Chriſtianâ Religionis origine Sanctis.* Omnes illæ locutiones defendi nequeunt ſi excludant objecti bonitatem quæ voluntatem excitare nata eſt, & pietati conducunt maxime cum ſolum excludunt naturalem & deliberatum ſui amorem à quo orietur objecti deſiderium extra puram ad Dei voluntatem conformitatem. Eadem ratione pietati conferunt. Summopere cum cœleſtis Regni deſiderium ad conformitatem divini beneplaciti reſtringitur, ita ut illud nobis non optaremus niſi Deo illud nobis gratis promittere placuiſſet. Ita Concilij

Tridentini Catechiſmus excluſiones maximè abſolutas adhibuit cum ait, *tamen ideò illa ſperemus, quod ut in eam ſpem ingrederemur, placuit divinæ Majeſtati.* En conformitas ad gratuitam Dei voluntatem ad quam ſpes illa reſtringitur addit Catechiſmus vocem quæ negationi æquipollet, dicit enim, *tota nitatur illo in Deum amore noſtra ſpes*, qui ait, *tota nitatur* omne aliud præſidium excludit, & ſi hac de re adhuc contendatur, quæ ſequuntur nullum dubitandi locum relinquunt, *tantummodo Caritate & pietate commoti..... nihil ſpectant niſi, &c.* En negationes ſæpiſſimè repetitæ. Fruſtra quis iis terretur. Theologi à quibus componendum hunc Catechiſmum curavit Summus Pontifex ut per univerſam Eccleſiam evulgaretur, non ignorabant quid de ſpecifico virtutum motivo ſchola aſſereret. Quid ineſt diſcriminis, propoſitiones inter affirmativas & negativas noverant. Excluſivas earum locutiones ſedes Apoſtolica comprobavit. Tantum ſignificant ut jam dixi perfectos ſibi ſummum bonum non optare niſi eâ

Catech. p. 4. in 3. petit. orat. Domin. n. 26.

ratione

ratione qua se ipsos diligunt. Cum autem se jam plerumque non diligant nisi purâ conformitate ad voluntatem Dei qui eos amat, jubetque ut se ament, ita etiam bona gratuitò promissa sibi non optant nisi *uno* ejus beneplacito. Universæ illæ negationes eo reducuntur ut significent nos plerumque nos ipsos non diligere nisi amore Caritatis ut rem quæ ad Deum pertineat & vi hujus amoris nos Beatitudinem nobis ipsis non optare nisi quia Deus qui hanc nobis minimè debebat, eam tamen nobis polliceri voluerit. Sin autem eam nobis largiri nollet, ab ejus amore non cessando, ab illâ optandâ cessaremus. *Anima* ut ait sanctus Franciscus Salesius. *Infernum cum Dei voluntate, quam Paradisum absque Dei voluntate mallet .... & infernum Paradiso anteponeret si sciret in illo paulò plus divini beneplaciti quam in hoc futurum.* In eodem quoque sensu Sylvius vehementissima negatione utitur nullum omninò respectum habens ad mercedem.

Am. Dei. l. 9. c. 4 p. 281

Citata à Mel. Episc. p. 331.

In 22. q. 27. a. 3.

Insimulor quod dixerim non op-

tandam esse Beatitudinem nisi conformitate ad voluntatem Dei cui eam nobis polliceri ac largiri visum est. Vellentne eam à nobis aliter optari quam conformitate ad voluntatem Dei qui vult nos à nobis amari ut quid ad Deum pertinens & vi hujus amoris à nobis Beatitudinem formalem optari nobis, propter ejus ad nostrum finem ultimum convenientiam & gratuitum promissum de eâ nobis exhibitum. Quod spectat ad eum erga nos ipsos amorem in supernaturali ordine, eum ut cuilibet statui essentialem explicui p.32. 73. & toto articulo 12. à pag.106. usque ad paginam 114.

Maximè absolutæ negationes in meo libro nunquam in objecti bonitatem cadunt, tantùm cadunt in id quod à Meldensi Episcopo non minùs quam à me exclusum fuit. Nimirum in naturalem nostri ipsorum amorem qui facit ut Dei dona optemus. Meldensis Episcopus hæc humanorum desideriorum genera formaliter exclusit his verbis, *tunc igitur*
p.83. & 84. *eum nobis ipsis amplius amamus cum*

nosmet nisi in ipso & propter ipsum amemus.

En particula negativa cujuslibet amoris ac desiderij non supernaturalis exclusiva. Justus de quo loquitur Meldensis Episcopus non potest alio modo sibi summum bonum optare quamquo se diligit. At qui se ut & proximum tantùm in *Deo*, & *propter Deum diligit*. Ergo sibi ut & proximo summum optare bonum non potest nisi *in Deo & propter Deum*. Desiderium quo quid nobis ut & proximo tantùm in Deo & propter Deum optamus non potest esse nisi supernaturale. Desiderium quod non est nisi in Deo & propter Deum, solà ad ipsius supernaturalem ordinem quantum ad bona gratuitò promissa conformitate producitur. Eo desiderio nos ipsos eatenus tantùm respicimus, quatenus ad id divino beneplacito determinamur.

Sic reductis exclusionibus cunctæ apparentes contradictiones evanescunt. Hîc subjiciam sermonis hujus negationibus referti summarium. Non me amo nisi quod sim aliquid ad

Deum pertinens . . . . . Nullum mihi opto bonum nisi vi hujus amoris in Dei ordine, vi ejusdem amoris mihi non opto Beatitudinem nisi quod Deus qui poterat eam mihi non largiri, illam mihi gratuitò polliceatur, si hanc mihi largiri noluisset, eam non optarem, ac tantumdem eum diligere vellem, si gratuiti ipsius promissi securus non essem. His positis principiis hic sermo qui tot Sanctorum proprius est statim fit & perspicuus & præcisus. Sermo meus eorum sermoni competit, nullo loco mihimet contrarius fui, nunquam enim motivorum realitatem abstuli, neque æquum est opponere iis omnibus quæ in qualibet ferè mei libri paginâ de virtutum distinctione dixi, coactas consequentias quas ex adhibitis à me negationibus exclusivis colligere vellent. Illis enim negationibus neque in libris Sanctorum, neque in meo libro excluditur nihil præter naturalem erga nos amorem quo objecti bonitati addiceremur. Ad eam doctrinam & quas continet exclusiones impugnandas dicendum

esset propriâ Beatitudinis bonitate sufficienter nos determinandos ad eam nobis supernaturaliter deliberatis desideriis optandam licet ipse Caritatis ordo ad nos amandos non induceret, & gratuita regni Cœlestis promissa quantùm ad nos rescinderentur.

DECLARATIO.

Neque obstat, quod his contraria aliis prædicti libri locis posita videantur; Re verà enim hic liber certis clarisque ac ipsissimis verbis dissona asseverat: Quale istud est: *vult Deus ut velim Deum quatenus meum bonum est, mea felicitas*, mea merces: Rectè; at contrarium semel iterumque scribitur his scilicet verbis: *Verum quidem est, nos non velle Deum, ut est nostra merces, nostrum bonum, nostrum commodum, nostra salus, nostra æterna redemptio ac liberatio, & commodum maximum*: Quæ sententiarum ac verborum tam aperta contradictio, non erroris excusatio sed probatio est. 14. *bis.* p. 44. p. 52. 54.

RESPONSUM.

En crassissima contradictio dicere, *vult Deus ut velim Deum quatenus meum*

bonum est, mea felicitas, mea merces. Et paulo post dicere, *verum quidem est nos non velle Deum ut est nostra merces, nostrum bonum, &c.* dicere *volumus Deum quatenus nostra merces* est, & *nolumus Deum quatenus est nostra merces,* fateor, stupenda est contradictio. Sed ausim ne id dicere, invitus dicam, hæc verba dissona quæ in declaratione italico Charactere *ut ipsissima mei libri verba,* picta sunt in eo tamen non occurrunt. *Vult Deus ut velim Deum quatenus meum bonum est, mea felicitas, mea merces,* sincerè vertuntur. Ea enim quæ citatur mei libri pagina hæc habet. *Deus vult ut Deum velim quatenus est meum bonum, mea beatitudo, meum præmium.* At ista quæ mihi Præsules imputant dissonantiæ probandæ causâ, *verum quidem est nos non velle Deum ut est nostra merces nostrum bonum, &c.* Non leguntur neque in paginâ 52. neque in paginâ 54. quam citant neque alibi, in pag.52. loco vocum *Deum nolumus, has posui, in hoc statu salutem ut propriam nolumus.* Nolle *salutem ut propriam* juxta meum librum est nolle eam humano & naturali de-

ſilentio quod ab uno naſcitur noſtri ipſorum amore quem gratia nullatenus parit. Non igitur Dei deſiderium excludo ſed naturalem amorem quod facit ut Beatitudinem optemus. Nihil magis à Deo diverſum eſt, quam naturalia & quæ gratiâ carent deſideria in quibus proprietas conſiſtit. Quo igitur pacto voluere Præſules has voces eſſe ſynonimas, & in mei libri verſione ſubſtitui poſſe hanc vocem *Deum loco* illius, *ſalutem ut propriam*, licet etiam contenderent *ſalutem ut propriam* idem eſſe atque vox *Deus*, ſaltem hæc verba diverſa ſunt. In verſione in quâ mea ipſiſſima verba referunt, ponendum erat *ſalutem quatenus propriam.*

In pag. 54. quam ſecundam citant, vocem hanc *ſalutem* adhibeo. Sic enim de eâ loquor, *verum quidem eſt nos eam non velle quatenus eſt noſtra merces, noſtrum bonum, noſtrum commodum. Hoc ſenſu S.Franciſcus Saleſius dixit, ſi paulo plus divini beneplaciti eſſet, &c.* Multa deinde hujus ſancti Teſtimonia adduco ea nullo ratiocinio interrumpendo ac deinde immediatè ſub-

do, *omnes posteriorum ætatum Sancti ab Ecclesiâ approbati similibus vocibus sæpissimè utuntur, summatim significant nullum super esse proprium & mercenarium desiderium, quantùm ad meritum, perfectionem, æternamque Beatitudinem.* Liquet in pag. 54. me verbis quæ refert declaratio interpositâ voce *Dei* pro voce *salutis* eumdem sensum tribuere quem Sancti Francisci testimoniis, cum post hæc citata verba immediatè post dicam, *hoc sensu dicit Salesius, &c.* Jam ergo non agitur nisi de sensu quem citatis à me Salesij testimoniis tribus. Sensus ille ut videre est pag. 57. eo solum tendit *ut excludat propria & mercenaria de salute aut æternâ Beatitudine desideria.* Atque ad id reduco omnes quas refero Salesij voces, & meas quas citant Præsules, cum dicam eas esse intelligendas in sensu quem hujus sancti verbis tribuo. Manifestum est ergo me non aliud intelligere in hoc paginæ 54. loco præter exclusionem *proprij & mercenarij de Beatitudine desiderij,* proprium illud desiderium est juxta me naturale & deliberatum deside-

num quod gratia in nobis non producit, quod cum non sit peccatum, imperfectio est. Hoc naturale excludere desiderium ut salus non optetur nisi principio gratiæ, estne salutem non amplius optare? Estne Deum ut me insimulant, non amplius velle? jam patet ad quid reducatur hæc contradictio quam mihi objiciunt, & quam in meo libro *ipsissimis verbis* contineri affirmant.

DECLARATIO.

Quin, universim libri Stylus ita 15.
tortuosus est ac lubricus, ut plerisque in locis non nisi summo labore certus sensus exsculpi, & eliquari possit: quod quidem doctrinæ malè sibi cohærentis, neque tam temperamenta quam effugia quærentis indicium est.

RESPONSUM.

Tres Præsules dicunt mei libri stylum esse tortuosum ac lubricum. Ita coram universâ Ecclesiâ bonam meam fidem & probitatem magis etiam quam doctrinam lædunt, sed contendo eos ut præoccupati sunt non satis dura proferre. Nihil minus

tortuosum minusque *lubricum* est libro in quo author sibi qualibet paginâ crassè contradicit, eo ipso quo supponunt negationibus meis absolutè excludi motiva quæ omnes virtutes specificant, & salutis desiderium à me fuisse sublatum, meus liber nedum lubricâ arte sit compositus & effugiis sit refertus à principio ad finem, stultus est, ridiculus, delirus. Puer qui quæ dicit, intelligere primùm incipit his dissonantiis obnoxius non esset. Non jam liber meus censurâ foret notandus, sed ego ipse ut homo amentissimus essem recludendus quo crassiores sunt illæ contradictiones; eo minùs ab Episcopis Coëpiscopo essent imputandæ. Supponere deberent æquè simplicem & naturalem illis inesse solutionem atque in sanctorum libris & in operibus quos illi Præsules comprobarunt.

DECLARATIO.

16. De desiderio salutis in libro hæc habentur: vitæ æternæ desiderium
p. 55. bonum est; sed nihil desiderandum
226. nisi Dei voluntas: Quæ sancto Fran-

cisco Salesio imputata, non legimus tamen in hujus sancti libris.

RESPONSUM.

Hic locus quem non inveniunt Præsules negotium illis facessit, eo enim loco sine temperamento videtur excludi salutis desiderium & omnia huc redigi ut nihil præter solam Dei voluntatem optemus. At sanctus Franciscus Salesius nostris omnibus desideriis sic reductis non existimat quemadmodum tres Præsules, propria virtutum motiva excludi, contra arbitratur, quod ego post eum existimo, hoc divinæ voluntati desiderio propria omnium virtutum quæ exercentur motiva comprehendi, ob rationes à me superius expositas. Non ita patent meæ locutiones atque sancti Francisci voces, & Præsules qui hujus loci vim sentiunt, me illum excogitasse innuunt. Autor nihil præter subterfugia quærens à locis falsò citandis non abhorret, sed tantùm legant Lugdunensem editionem à Petro Baillio concinnatam & 1628. id est sexto post sancti ejus Autoris mortem anno perfectam ante

cunctas Parisienses editiones : Episcopo Belliunij Salesij familiarissimo & veræ ejus doctrinæ peritissimo dicata fuit. Locum illum in 18. colloquio pag.424. legent, quod si nullum veteris hujus editionis exemplar repertum fuerit, illud quod præ manibus habeo, libenter proferam. Felix si hujus loci probatione eorum contra meam sinceritatem præoccupationem minuero.

DECLARATIO.

17. Item in eodem libro habetur duo
p. 49. sunt justorum status, alter resignatio-
50. nis, in quo desideria mercenaria (hoc est salutis æternæ) Dei voluntati submittuntur : alter sanctæ indifferentiæ, in quo nullum est penitus mercenarium desiderium : exceptis iis casibus in quibus anima suæ gratiæ deest, nec ei toti planè respondet. Quo etiam referuntur supra memorata,
p. 54. non optari salutem, quatenus est nostra merces, nostrum bonum, &c. Hæc autem omnia de elusis salutis æternæ desideriis, etiam motivo Spei
34 art. conceptis, ac de salutis indifferentia,
3. & 11. in prædictis articulis juxta scriptura-

rum auctoritatem, non modo ut falsa, verum etiam ut erronea respuuntur.

RESPONSUM.

Eo ipso quo supponitur ut supponit Meldensis Episcopus resignationis statu nulla alia salutis desideria præter ea quæ ab ipsâ Caritate imperantur, contineri, & hæc adeo pura desideria ab indifferentiæ statu auferuntur. Hic ultimus status manifesto fit desperationis status cum ab eo omnes Christianæ Spei actus amoveantur: sed cur Prælati in meo libro tam studiose confundunt id quod adeò accuratè in libris Patris Surini, & in vitâ Fratris Laurentij distinxerunt; Cur parenthesi statuunt *salutis aeternæ desideria necessario esse mercenaria?* nonne ipsi dixerunt pag. 20. *Declar. p.9.* & 21. motivo vitæ æternæ quæ juxta Concilium Tridentinum tanquam merces proponenda est, vel sanctissimis, quales *fuere Moses ac David, homines non fieri mercenarios sed filios paternæ hæreditatis ex ipsa Caritate studiosos.* Si illud motivum nihil mercenarij confert animæ quam excitat:

Ergo non eſt ex ſe ipſo mercenarium, ſi enim eſſentialiter eſſet mercenarium, anima hoc motivo eſſentialiter mercenario excitata aliquid nihilominus hujus mercenareitatis reciperet. Ergo cum juxta hos Præſules poſſit anima non eſſe mercenaria cum etiam actu excitatur motivo vitæ æternæ quatenus merces eſt, quod proculdubio proprium eſt ſpei motivum, abſquę ullâ mercenareitate ſperare poteſt. Atqui ſecundum trium Præſulum verſionem, *mercenareïtas* aut *proprium commodum* ſunt voces abſolutè ſynonimæ, & juxta eoſdem, vita æterna tanquam merces abſque mercenareïtate ſperari poteſt, ergo juxta eos vita æterna proprio Spei motivo abſque ullo mercenario motivo ſperari poteſt. Ergo jure merito veram ſpem ſine hoc motivo ſuppoſui.

Indifferentiæ ſtatus juxta S. Franciſcum Saleſium à ſtatu reſignationis
l.9.c.4. diſtinguitur quod reſignatio *ultra Dei voluntatem plura alia velit.* Indifferentia autem non velit niſi id quod Deus eam velle facit, nihilque diligat niſi

Dei voluntatis amore. Quæ ultra Dei voluntatem vult resignatio, non vult gratiæ principio, quod enim gratiâ tantum volumus est id quod Deus facit ut velimus. *Resignatio*, inquit *idem Sanctus exercetur per modum conatus aut submissionis, vivere quidem quam mori mallemus, tamen cum Dei beneplacitum sit ut moriamur, acquiescimus. Vivere optaremus si Deo videretur, atque insuper optaremus ut Deo visum esset ut viveremus, libenter morimur, libentius interim viveremus, æquo animo proficiscimur, æquiore nihilominus remaneremus.* *L.9. de amore Dei c.3*

Patet his verbis in statu quem Salesius resignationis vocat animam plura velle quæ gratia non facit ut velit, ita ut naturalis & deliberatus sui ipsius amor sit unicum horum desideriorum principium. Subdita sunt ejus desideria quod hujus status anima iis careret, si Deus id vetaret. Hæc autem desideria à gratiâ ut à principio non oriuntur. Animi quidem affectio nostris desideriis renuntiandi si Deus id vellet, ex gratiâ fluit, non autem ipsa desideria, hac

affectione meremur, non desideriis.

Anima quæ est in statu indifferentiæ hæc plerumque amputat desideria, quæ non parit gratia quibus nuntium mitteremus si Deus id vellet, quæ tamen libenter sequimur cum Deus ea permittat & quæ sequimur naturali & deliberato sui ipsius amore qui proprietatem constituit. Indifferens anima his plerumque desideriis non jam afficitur & deliberatò non elicit nisi ea quæ gratia inspirat. Atque hoc ipso indifferentiæ status, *statu resignationis eminet. Indifferentia* inquit, *Sanctus Franciscus Salesius resignatione præstat, nihil enim diligit nisi uno divinæ voluntatis amore.*

L. 9. de amore Dei. c. 4

En verissima atque solidissima distinctio quam Meldensis Episcopus non debuisset dicere *tenuiorem quam ut ei diutius immoraretur.* Perspicuissimum enim occurrit discrimen inter nihil velle adversus meum amicum, & nihil velle præter id quod studium illi placendi facit ut velim.

Instr. de statib. orat. p. 306.

Verum quidem est nunquam debere nos esse indifferentes quoad nostram æternam salutem, sanctamque

indifferentiam quatenus desiderium omne suspendit, solos præsentis vitæ spectare eventus qui ab eâ quam Schola vocat beneplaciti voluntate pendent, atque etiam non eos spectat nisi antequam obtigerint. Neque etiam licet indifferentes esse quoad eos eventus qui ad voluntates Dei jam cognitas referuntur; sed verum est quoque indifferentiam resignatione perfectiorem esse. Præstat enim nihil velle præter id quod Deus facit ut supernaturali gratiæ principio velimus, quam præter Dei voluntatem plura alia velle naturali amore qui ad ordinem tantum reducitur per *modum conatus aut submissionis.* *S.Francisc.Salef. am.Dei lib.9. c.3.*

Hoc posito nonne concludendum est perfectius esse (semper optatâ Beatitudine æternâ) non eam optare nisi supernaturalibus actibus quam eam naturali & deliberato sui amore velle. Ergo perfectio est non optare salutem nisi quantum Deus facit ut suâ gratiâ eam velimus. Ergo jure affirmavi cum animæ ad hanc eminentem perfectionem allectæ suis de beatitudine desideriis quæ gratia pa-

rit, alia adjungunt naturalia desideria quibus se consolentur, hac adjectione earum status perfectioni derogari, *neque tunc eas toti suæ gratiæ respondêre.* Dicemusne in nobis æternæ vitæ desideria extingui, & languescere pietatem, cum salutem nostram non ob aliud optamus quam quod nos diligamus ut obtemperemus Dei ordini qui nos à nobis vult amari, & qui nobis cœleste regnum gratuitò pollicetur? quo devenimus, si desideriorum omnium sanctissimum languescere nisi natura se ipsam in eo exquirat, nosque propriâ objecti bonitate ob nostrum proprium commodum independenter à divinâ voluntate moveri contenderint? an intendunt ne quis sit Quietista, opus esse ut salutem optet proprij commodi motivo quod conformitate ad Dei voluntates non includatur.

DECLARATIO.

18. Quibus vel maximè damnatur illud, quod est in libro positum: *Sancta indifferentia admittit generalia desideria omnium latentium voluntatum Dei:* quibus voluntatibus etiam reproba-

tionis & aliorum & suæ, decreta continentur: & desiderium ad ea usque protenditur.

Neque quod idem liber insinuat, ullus patet æquivocationi locus, cum in dictis articulis de salutis indifferentiâ omnis æquivocatio sublata sit, clarâ definitione indifferentiæ, quæ ad eventus hujus vitæ, solatiaque sensibilia, nusquam autem ad salutem eoque conducentia pertinere possit. p. 54. 34. a. 9.

RESPONSUM.

Poteſtne mihi imputari voluisse generalibus his voluntatibus etiam æternæ reprobationis decreta contineri. Hoc loco loquor *de animâ indifferente quæ salutem planè optat cum perseverantiâ*, atque ad impugnandam de salute indifferentiam, necessitatem omnibus se Dei voluntatibus conformari statuo. Posito hoc inconcussè fundamento in eadem paginâ, dico animæ optandos esse omnes vitæ præsentis eventus quæ sibi & proximo *media sunt salutis*. Non ergo agi potest eo loco de optandâ nostrâ reprobatione, cum mihi animus sit pag. 61.

ſtatuere ſalutem cum perſeverantiâ planè optandam eſſe, cœteraque omnia cognita & incognita *ut ſalutis media*. Subdo in condemnatione falſi ar-
63. ticuli nos eſſe conformandos deſideriis & petitionibus in Eccleſiæ precibus contentis quibus ſalus & omnia ad eam perveniendi media toties poſtulantur. Cœterum alibi dixi, *ani-*
p.65. *mabus unam eſſe normam ſcripta legis*
& 66. *præcepta & conſilia & gratiam actualem legi perpetuò conformem .... poſitivam & ſcriptam voluntatem unam eſſe immu-*
p.150. *tabilem normam noſtrarum voluntatum,*
p.91. *omniumque actionum ... voluntatem permiſſionis nunquam nobis eſſe regulam, directorem nunquam poſſe animæ ſuadere aut permittere ut liberâ & voluntariâ perſua-*
p.92. *ſione poſitivè credat ſe reprobari, nec jam ſibi vel gratuito deſiderio optanda eſſe promiſſa ... denique animam nedum Dei odio conſentiat ne quidem indirectè conſentire ut ab ejus amore vel temporis puncto deſiſtat.*

Quantovis conatu pingant me ut authorē vel ſtultiſſimis contradictionibus obnoxium, ſuadebunt neæquo & attento lectori voluiſſe me repro-

bationem optari quia admitto generalia deſideria omnium latentium Dei voluntatum ? contendentne velle me animas inducere ad reprobationem optandam, cum volo *ut Director nequidem eis permittat hanc credere ? putabuntne velle me ut anima ſimul & reprobationem optet, & ne quidem temporis puncto ab amando Deo deſinat*, nec indirectè conſentiat ? dicentne velle me ut ſe optet damnatam, & ſimul ſuam ſalutem, omniaque promiſſa deſideret ? denique voluntne hominum reprobationem à poſitivâ voluntate proficiſci ? Ego vero eam in ſolâ voluntate noſtram finalem impœnitentiam permittente fundatam arbitror. Atqui dixi permiſſionis voluntatem nunquam noſtram eſſe regulam. Ergo mihi imputare nequeunt voluiſſe me ut pro noſtrorum deſideriorum normâ, noſtræ reprobationis voluntatem haberemus, quin prius mea principia & meæ voces ipſiſſimæ evertantur.

DECLARATIO.

Ad hæc quidem ſtabilienda, liber 19.
huic articulo videtur inniti : *optandam* 34.a.5.

& postulandam salutem ut rem quam Deus velit: Quod est rectissimum & ex ipso salutis fine repetitum.

RESPONSUM.

Jam ante huic articulo respondi. Nunquam nos quoad salutem indifferentes esse volui, sed tantum quoad proprium commodum à salute maximè diversum, & quod Duo ex Præsulibus ab ipsâ salute distinxerunt, P. Surino & Fratre Laurentio approbatis. Hoc *proprium commodum* non est nisi delectatio quæ ex naturali erga nos-ipsos amore oritur. Locutus sum de salutis desiderio non solum juxta 5. nostrum articulum, sed etiam juxta librum Meldensis Episcopi, qui nullam aliam salutis optandæ causam affert quam voluntatem Dei qui vult ut eam velimus. Mihine tam horrenda doctrina imputanda cum in meo libro reperiri non possit! cum eadem ipsâ paginâ quæ contra me citatur, contrarium expresse doceam? denique cum *eam quoad salutem indifferentiam* damnem *ut absolutam Christianismi atque etiam humanitatis extinctionem*, *affirmemque verba satis odiosa*

excogitari non posse ad indigitandam adeo portentosam amentiam. p 59. & 60.

Si dixi ambiguitatem esse tollendam, id dixi ut animas adversus illusionem præmunirem. Cum v. g. apud S. Franciscum Salesium legunt *vita æterna desiderium bonum est, sed una Dei voluntas desideranda*, & apud Rodriguesium *aliquot magni sancti de suâ salute non fuerunt solliciti*, nonne plurimi interest hanc aufferre æquivocationem, & ostendere his sanctorum vocibus non excludi nisi *interessata* seu *mercenaria* desideria eo quo explicui modo. Colloq. 18. p. 414. Edit. Lugd. Tract. de conformitate ad Dei volun. c. 31. p 639.

Quantum ad negationes de quibus querelam movent, jam ostendi eas passim ac perpetuò occurrere in sanctorum contemplantium operibus, atque etiam in authoribus qui à tribus Episcopis approbati sunt, eorum denique genuinum sensum esse maximè & orthodoxum & necessarium. Beatitudo fateor in se bona est independenter ab ordine Dei qui vult ut nos in ipso & propter ipsum diligamus. Sic propter hoc ipsum quod in se bona sit, Deus qui nos diligit &

qui nos à nobis vult diligi, ut eam optemus nobis imperat. Qui bonus est, nosque diligit sua nobis propter eorum bonitatem dona præparat. Sed tota Beatitudinis bonitas efficere non posset eam optaremus nisi nos ipsos diligeremus, cum autem jam nos non diligimus nisi in Caritatis ordine, *hoc est in Deo & propter Deum* ut vult ipse Meldensis Episcopus, tunc Beatitudinem optare non possumus nisi quemadmodum nos ipsos diligimus, ideft ut nos ad Dei ordinem in gratuitis ipsius promissis diligamus. Ut id repetam, negatione non excluditur objecti bonitas neque vis ejus motiva sed desiderium quo ab alio quolibet amore nasceretur quam ab amore quem Deus in præcepto Caritatis imperat, & quem ad gratuitas promissiones adimplendas gratia ejus inspirat. Jam respondi sequentibus duobus declarationis numeris, cum supra à me responsum est ei numero qui sic incipit. *Quo etiam spectat.* Qui numerus septimæ paginæ declarationis Latinæ postremus est & quem hic numero 14. insignivi.

Inst. de statib. orat. p. 84.

DECLA

DECLARATIO.

Ex illa [illegible] quæ toto libro passim asseritur [illegible] hæc prodeat: in extremis probationibus in- p. 87. vincibiliter animæ esse persuasum se 85.89. ipsa a Deo esse reprobatam: Quo statu sacrificium salutis, quod ordinarie conditionatum est, fit tandem absolutum, casu impossibili non tantum possibili sed etiam reali seu actuali viso.

RESPONSUM.

Facti errores quibus hæc criminatio scatet mihi stuporem & dolorem movent. Tres mihi Præsules imputant veram & invincibilem animæ de suâ æterna salute reprobationem docere, & oculi tantum aperiendi sunt ut ex diametro contrarium in meo libro legatur. Dixi, *hanc persuasionem non esse ex intima conscientia,* p. 87. *& desperationis impressionem esse involuntariam.* Quod involuntarium est vera desperatio esse nunquam potest, desperatio enim cum sit impietatis cumulus, absque libero voluntatis consensu realis esse nunquam potest. Addidi non esse *intimam convictionem sed* p. 90.

apparentem. Ergo convictionis apparentia tantum est. Non autem convictio realis. Eam vocavi quamdam
p.88. *persuasionis speciem*, quod probat eam non esse persuasionem propriè dictam. Hæc professus fui, *unam amittit*
p.81. & 82. *anima sensibilem de bono delectationem, suavem & affectivum fervorem, sollicitos & mercenarios virtutum actus, & certitudinem quæ ex postfacto ex mercenaria mentis reputatione oritur quâ gratum de suâ fidelitate sibi testimonium exhibeat*
p.138. addidi, *anima non amittit nisi mercenarium de suâ perfectione testimonium. Non amittit gratuitum adimplendarum*
p 92. *promissionum desiderium. Gravissima probatio eo redit ut omne illi notum subsidium auferatur, nullumque proprio commodo perfugium relinquatur. Nunquam debet Director ei aut suadere aut permittere ut liberâ & voluntariâ persuasione positivè credat se reprobari, neque jam sibi vel gratuito optanda esse promissa.* Articulo
p.92. falso damnavi eos qui affirmarent
p.93. *posse credere animam à Deo se esse desertam*, nullamque sibi superesse *misericordiam*, eamque cessare posse ab ea *sincerè* cupiendâ. Jam quæro quid his

[illegible] addi possit ad impe-
diendum quominus *desperationis im-*
pressio cum ipsa desperatione, *atque*
apparens convictio cum reali convictio-
ne confundatur.

Quum Beata Angela de Folignis ejus verba à Meld. Episcopo refe-
runtur, mortem appellabat ac Deum
sic alloquebatur, *accelera & quando*
me vis permittere [illegible] *perde, & me*
in [illegible] *voraginem immerge.* Versabatur
in hac persuasionis specie, in hac [illegible]
desperationis impressione, in hac non
nisi [illegible] *sed apparenti convictione.* Cum
S. Franciscus Salesius tandiu ferret
reprobationis impressionem ac velut certæ
mortis responsum quo devenienduum fuit
ad hanc terribile propositionem quandoquidem
æternum privandus esset amare Dei tam
digne qui amaretur, [illegible] *&c.*
reprobationis impressio & quod velut [illegible]
[illegible] *responsum vocatur*, nihil me
[illegible] erat præter [illegible]
[illegible] præter [illegible]
non intimam sed apparentem. Voci-
busne magis præcautis explicari po-
test. Cum Frater Laurentius cujus vi-
ta ab Archiepiscopo Parisiensi est ap-

In initius vitæ c.15. p.35. citata à Meld. Episc. Instr. l. 9. p.340.

Citatus à Meld. Episc. Instr. p.339.

Mores... F. Laurentij. p. 16. probata, dicebat inter graves quos per totos quatuor annos passus erat, cruciatus adeoque graves ut nullus hominum adimere illi potuisset cogitationem quâ se damnandum putabat, &c. Atque cum de illo referuntur hæc verba adeò vehementia

p 52. *se damnatum esse certè existimabat*, certa illa existimatio quæ nulli hominum authoritati cessisset non potest benignius exponi quam si vocetur *apparens nec intima convictio. Involuntaria desperationis impressio.* Postremo cum Job probatarum animarum specimen dicebat, *desperavi*, involuntariam hujus impressionem sentiebat, cum id citra mendacium assereret. Ergo necesse erat ut quamdam apparentem nec intimam convictionem haberet.

Atque ea sunt quæ ipsi Præsules & probant & citant cum de me non agitur. Ea sunt quæ in meo libro condemnant. Vel maximè impiam desperationem docuisse imputant mihi, cum omnes meæ voces formaliter eam pernegent, nihilque in animabus pœnâ affectis adimi agnoscant

præter *sensibilem de bono delectationem, gratam & affectivum fervorem, sollicitos & mercenarios virtutum actus, & certitudinem quæ ex postfacto ex mercenaria mentis reputatione oritur quâ jucundum de suâ fidelitate sibi testimonium exhibeant.* p. 81 82. Verum est quidem impossibilem casum damnationis ad æterna supplicia his animabus *possibilem & actu realem videri.* Sed vox, *videri* nihil nisi apparentiam exprimit. Dixine verâ persuasione id eis videri? Nequaquam; contra affirmavi id illis tantum *videri apparente convictione, non autem intimâ conscientia.* Qui *convictione tantum apparente* afficitur, existimare se imaginatur, nec tamen vere existimat. Sic quilibet scrupulosus nullam sibi Fidem, Spem, Caritatem inesse arbitratur. Atque hæc de imaginariâ quæ scrupulosorum est persuasione judicium erga me eo æquiùs ferrent Præsules, quod meam expressis verbis hac de re sententiam aperuerim. Dixi de animâ quæ extremis probationibus purgatur, *jam non putat se fecisse* p. 116. *quod fecit, scrupulose turbatur.* Non agitur ergo nisi de imaginariâ per-

ſuaſione omnibus ſcrupuloſis animabus communi.

Dixi ſacrificium quod animæ in conſueto ſtatu faciunt, ſalutem conditionatè ſpectare; quod autem in extremis probationibus adhibent eſſe quidem abſolutum, non autem cadere niſi in *proprium quoad æternitatem*
p.90. *commodum.*

Inſtituta à me oppoſitio inter duo ſacrificia, alterum conditionatum, alterum autem abſolutum; primum de Beatitudine, ſecundum duntaxat de *proprio quoad æternitatem commodo* evidenter oſtendit, duo diverſa eſſe ſacrificia & Beatitudinem atque *proprium quoad æternitatem commodum*, juxta me idem eſſe non poſſe. Si ſacrificium *proprij quoad æternitatem commodi* fuiſſet Beatitudinis ſacrificium ea invicem non oppoſuiſſem. Duobus tantum verbis erat dicendum conditionatum ſacrificium fieri in extremis probationibus quoad ſalutem abſolutum. Non ſolum id non dixi, ſed *ſalutem & proprium commodum* ſedulò diſtinxi. Ea etiam oppoſui, & dum volui alterum devoveri

ac imperfectionem, volui nunquam ab optanda salute desisti, ita ut desiderii hujus cessationem ut impietatis cumulum damnaverim. Ut quid igitur in meo libro æternam Beatitudinem & *proprium quoad æternitatem commodum* confundunt Præsules qui tam accurate ea distinxerunt, atque illam distinctionem approbarunt in Patre Surino & in Fratre Laurentio, apud *quos proprium commodum etiam Divinum & quoad æternitatem* ut motivum imperfectum excluditur. Quod attinet ad *simplicem affectum* non cadit in meo libro nisi in unum *proprium quoad æternitatem commodum* quod semper perpetuo oppono his verbis, *nunquam desinendum est prosequi* [illegible] *sibi & in se optare.* Æquum ne est mea verba contra formalem eorum restrictionem interpretari? æquum ne est in qualibet lineâ amentissimas & maximè impias contradictiones mihi imputare, ne in meo libro approbetur distinctio salutis à *proprio commodo*, quemadmodum in Patre Surino & in Fratre Laurentio fuerat approbata? Ergo Præsules apparen-

tem nec intimam convictionem pro verâ persuasione & *proprium commodum* quod saluti semper oppono pro ipsa salute acceperunt.

DECLARATIO.

21. Quin etiam in eodem statu inutile & importunum judicatur, dogma fidei de bonitate divinâ in omnes effusâ huic animæ prædicare, aut rationem ullam in remedium adhibere: quo nihil est desperatius.

p. 88. 90.

RESPONSUM.

Dixi in hac perturbatione frustra ei exhiberi Fidei dogma de Divinis miserationibus cum *non dubitet de bonâ Dei voluntate*, *sed suam malam esse existimet*, quippè se induratione, non autem Deum erga se ipsam crudelitate insimulat. Volone hanc animam Dei misericordias non sperare? verbis expressis dixi necesse esse *eas hanc animam optare* neque se unquam arbitrari desertam. En intima & realis in mentis apice persuasio quæ dogmati conformis est, at quantùm ad eam *apparentem convictionem* quæ non ex intimâ conscientiâ & quæ tantum est imaginationis perturbatio, dico adeò

p. 89. p. 93. p. 93.

vehementem tunc esse perturbatio-
nem ut veritates quibus , vel maxi-
mam Fidem adhibet , eam sedare ne-
queant. Volui ne Divinæ Clementiæ
considerationem esse quid importu-
num & inutile ut id mihi affingunt
Præsules? Nequaquam. Hæc conside-
ratio tunc est juxta me in *mentis apice,*
verum sedandæ imaginationi quæ
vehementius perturbata est , condu-
cere non potest. Solùm dico in cœcâ
perturbatione quam hæc anima pa-
titur *nihil attinere cum eâ ratiocinari,*
nullum enim ratiocinium admittere valet.
Nonne Meldensis Episcopus id ip-
sum quod à me dictum improbat, di- *p.90.*
xit cum de sancto Francisco Salesio
ita locutus est, *in extremis angustiis tam* *Instr.*
duri cruciatus deveniendum ei fuit ad ter- *de sta-*
ribile propositum , &c. Omnes ergo *tib.*
mentis reputationes ad revocandas in *orat.*
memoriam Dei miserationes, tenta- *p.339.*
tiones quæ perturbatio erat invincibi-
lis sedandæ impares fuerant, *cum au-*
tem per hoc terribile propositum acquie-
visset, dæmon tam generoso actu amens *Ibidem.*
[illegible] & victoriâ & loco cessit. In vi-
ta Fratris Laurentij dicitur *per qua-* *p.16.*

tuor annos tantæ erant Fratris Laurentij anguſtiæ ut nullus hominum hanc illi cogitationem ademiſſet eum fore damnandum. Ergo tunc inutile erat ei Fidei dogma exhibere, pax illi hoc uno

p.17. verbo reſtituta eſt, *quidquid eventurum eſt eveniat* ſaltem per reliquum vitæ meæ curſum omnia mea ob unum Dei amorem peragam. En proculdubio tantum *apparens convictio* reprobationis in quâ nihil devovetur niſi *proprium commodum* ſeu naturalis erga ſe ipſum amoris quantùm ad æternitatem ſolatium & in quo intima miſerationum perſuaſio, & promiſſionum ſibi & in ſe adimplendarum deſiderium retinentur.

DECLARATIO.

22. Et permittente Directore, ſuæ juſtæ condemnationi ac reprobationi anima ſimpliciter acquieſcit. At in prædictis 34. articulis hæc omnia di-

34 a.3. ſertè repudiantur, cum in nullis probationibus abſolutus conſenſus admittatur: abſit. Sed tantum ex impoſſibili & præſuppoſitione falsâ: præmiſſo alio articulo, in quo deſperatio omnis excluditur: ac nedum

Directori liberè permittatur ut animæ suæ condemnationi ac justæ reprobationi simpliciter acquiescant: contra prohibetur ne omnino eas acquiescere sinat: quin etiam discretè & clarè non a prædicando Divinæ bonitatis [illegible] abstineri suadetur; ut est in libro positum: imò verè Di- p. 88. 90.
rector [illegible], Francisco Salesio autore, afflictam animam certiorem facere, nunquam eam esse à Deo desertam, quo non modo Dei erga omnes homines bonitas generatim, sed etiam specialis erga hanc animam Divinæ misericordiæ affectus commendatur. Eodem [illegible] Edit. 29.

RESPONSUM.

Quis lectu illius declarationis [illegible] non crederet à me cum de [illegible] locutus sit, [illegible] vocem esse [illegible] his cum [illegible] conjunxerant, constat tamen postquam de [illegible] addidisse res maxime [illegible] & [illegible] quibus [illegible] ne lector unquam [illegible]

hanc justam damnationem esse æternam reprobationem. Semper respiciebam & Fidei normam & 31. nostrum Issiacum articulum in quo diximus, *nunquam animabus permittendum est desperationi & damnationi suæ apparenti acquiescere, sed Francisco Salesio authore oportet eas certiores facere nunquam eas à Deo deserendas.* Vehementius etiam id in meo libro quam in articulis nostris affirmavi. Hinc dico nunquam Director debet ei aut suadere aut permittere *ut liberâ & voluntariâ persuasione positivè credat se re-*
p.92. *probari, nec jam sibi vel gratuito desiderio optanda esse promissa.* Ergo de Divinâ misericordiâ dubitare non permitto. Inde dixi, *promissa perpetuò esse*
p.93. *optanda, neque animæ licitum unquam credere se à Deo desertam, neque jam sibi ullam superesse misericordiam, contra autem eam sincerè esse optandam.* Nihil desperationis consensui magis opponitur quam hæc regula, promissa bona perpetuo optanda sunt, atque hoc inconcussum decretum. Animæ nunquam licèt se *reprobatam credere, aut nullam jam sibi misericordiam esse*

optandam arbitrari. Semper ergo iis animabus dicitur Dei misericordias eis esse sperandas, & satis liquet eas ab illis optari intimo desiderio in intima conscientiâ, seu mentis apice, quamvis Fide, Spe, Caritate carere sibi videantur; sed experientiâ constat eo misericordiarum intuitu plerumque non sedari earum perturbationem, sedari autem *tam gratuito illo amoris actu quo sanctus Franciscus Salesius dæmonem vicit*, referente Meldensi Episcopo. Horum actuum usus p.339. non competit ut diximus in nostris [illegible] nisi verè perfectis animabus, & iis quarum perturbatio consuetis fiduciæ actibus vinci aut sedari minimè potest. Re verâ paucissimæ sunt animæ quæ etiamnum à naturali sui ipsarum amore tantisper Hom. non pendeant, & quæ juxta facultatem 78. in [illegible] Chrysostomo *[illegible]* fa- Joan. *ctum in [illegible] non egeant* consideratione mere naturali, cujusque principium non est gratia, paucissimæ sunt mentes *non angusta* juxta L. 2. de Ambrosium, *quæ nec invitentur pro-* Abrah. *missis nec erigantur speratis mercedibus.* c.8.

eo ipſo ſenſu qui naturalis erga nos ipſos amoris proprius eſt.

DECLARATIO.

23 Ad hæc in articulis virtutes omnes
34 a.5. tum Theologicæ, tum Morales cum ſuis motivis ſingulæ exhibentur ac ſecernuntur; at earum diſtinctionem liber obſcurat his verbis: Purus amor per ſe totam vitam interiorem con-
p.272. ſtituit; fitque ſolus totius interioris vitæ unicum principium, unicumque motivum ſive incitamentum. Reliqua ergo incitamenta tolluntur, præter illa quæ ſunt ſolius Caritatis: quin etiam ſua Caritati ratio adimi
p.224. videtur, cum dicitur: hic amor fit per vices quævis diſtincta virtus; nullam tamen expetit in quantum eſt virtus: ſic neque Fides ut Fides, neque Spes ut Spes, neque ipſa Caritas, quæ vita, & forma virtutum eſt, ut eſt virtus quæritur.

RESPONSUM.

Dixi, *purus amor vitam omnem inte-*
p.272. *riorem unus conſtituit fitque tunc actuum omnium qui deliberato producuntur & merentur unicum principium ac motivum.* In eâ loquendi ratione *principium &*

motivum idem valere jam vidimus. Dixi
etiam, *amor non exuta simplicitate om-* p.224.
nes vicissim induit virtutes, sed hujus
rationem paulò ante attuleram hanc
scilicet, Caritas ut ait S. Thomas 2.2 q.
post sanctum Augustinum. *Virtutum* 23.a.8.
*omnium forma est aut principium. Forma
autem secundum scholam dat esse rei.* Er-
go Caritas dat esse omnibus justi vir-
tutibus. Idem sanctus Doctor dicit,
Caritas ex appetitu finis ultimi conci- 22. q.
pit actus aliarum virtutum imperando 23 a.8.
ipsis. ad 3.

Eo etiam S. Augustinus progressus De mo-
est ut affirmaverit virtutes nihil esse rib. Ec-
nisi summum amorem. *Nihil omnino* clef.
esse virtutem affirmaverim nisi summum l.1.c.15.
amorem Dei, & diverse specificari ex De mo-
ipsius amoris vario quodam affectu. Ego ribus
autem virtutes à diversis suis forma- Eccles.
libus objectis specificari contendi. En l.1.c.15.
mea verba, *particularibus motivis circa quod
a[illegible]*, *distinguuntur* & speci fi- p.224.
cantur. Idem praecisè dico ac si di-
versa earum motiva ponerem ea ergo
motivà particularia auferre nolo, ea
juxta scholae rigorem sumendo pro
formali objecto, sed ea volo evehere

formali & explicitâ relatione ad Caritatis motivum quod & nobilius & præstantius est.

DECLARATIO.

24. Hinc omnibus virtutibus suus honos detrahitur his propositionibus: puro amore id effici, ut neque quisquam virtutis studiosus esse velit: nec quisquam sit virtutis studiosior, quam is qui virtuti non studet. Unde illud extremum & hactenus inauditum: sancti Mystici ab hoc statu exclusere praxim & virtutum actus: quæ paradoxa & animum à studio virtutis avertunt, & imponunt spiritualibus viris & ipsum virtutis nomen suspectum, invidiosumque efficiunt.

p.225.

p.253.

RESPONSUM.

Nihil in Latinâ libri mei versione Præsules omisere quo mea verba deformarentur atque absurda *efficerentur*. En mea verba *tunc omnes distinctas virtutes exerces, nequidem cogitando utrum sint virtutes quolibet momento, unam Dei cui parendum est voluntatem meditaris, & amor zelotypus simul facit ut deinceps virtutem tibi non ambias, nec*

p.225.

majore unquam virtute præditus ſis, quam cum virtutis gloriam fugis. Præſulibus non eſt viſum vertere hanc vocem *ſis* quamvis ſit in mendorum indice in libri mei fine. Meldenſis Epiſcopus putat ſe rem decretorio judicio diremiſſe affirmando nihil hac voce ſignificari. Ego autem hac adjectâ contendi ſignificari jam virtutes ab anima non optari ut inde ſolatium capiat & naturali erga ſe ipſam amori qui *proprium commodum* conſtituitur indulgeat, licet eas omnes cum omni earum perfectione ut Deo placeat, exoptet. Quidquid ſit, vox ea non erat omittenda.

Quod attinet ad reflexam de virtute cùm exercetur, cogitationem, nemo dixerit eam eſſe neceſſariam. Semperne ſibi dicendum eſt, virtutis actum exerceo? an pœnitentiæ actus non exercetur, niſi interveniente hac mentis reputatione, actûs quem elicio, ad talem virtutis ſpeciem pertinet? ſibine exigenda eſt ratio de ſpecificatione hujus virtutis per motivum quod illius proprium eſt? homo injuriæ patiens & ſimul ca-

ſtus, nullius quam Deo placendi ſollicitus, neque ſecum reflexâ cogitatione patientiam & caſtitatem reputans, an non duplicis hujus virtutis actus propriis earum motivis exercuit?

Quam operoſa in praxi importunitas! quæ animabus vexatio! quæ diſtractio, quod periculum ne ſibi complaceant, ſi ab iis exigeretur ut in virtutum exercitio à ſe virtutes exerceri ſemper cogitarent? Quo virtutis exercitium magis perficitur, eo fit frequentius, ſimplex, quaſi innatum & ab omnibus methodicis illis attentionibus alienum.

Quum dixi *virtutis ſibi ſtudioſum*, manifeſtum eſt intellexiſſe me animam virtuti ſtudere propter *ſuum proprium commodum* unum *proprium commodum* excludere volui. Vox illa in ſenſu ſancti Pauli uſurpatur, *vivo ego jam non ego.* Eſt illud *ego* quod à ſanctâ Catharinâ Genuenſi & à Patre Surino quem Meldenſis Epiſcopus approbavit excluditur. Sanctæ enim illæ animæ in transformatione non jam illud *ego* ſupereſſe dicunt. A vir-

Vic. ch. 14. p. 61. Edit. Duac. Catech. ſp. tom. 2. part. 5. c. 7. p. 292.

tacitus nihil nisi *proprietatem* seu *pro-* 334.
prium commodum amputavi. Juxta me 335.
virtutum proprietatis renuntiatio non 336. 337.
est nisi *cujuslibet* [illegible]
[illegible], *& [illegible] proprii commodi* p. 272.
in [illegible] *a* puro amore virtutibus.
Quod de sapientia dixi, decreto-
rium est quantum ad alias virtutes;
liquido enim ex *sapientiæ proprie-*
tatis renuntiatione intelligitur quid-
nam esse debeat abjectio proprietatis
omnium aliarum virtutum juxta me p. 219.
non sapientiam sed sapientiæ proprietatem 213.
abjiciant, cum magis sapientiam quam
ceteras omnes virtutes sibi vindicant. So-
lam ergo virtutum *proprietatem*, non
ipsas virtutes amputo. In quo autem
consistit hæc sapientiæ proprietas?
in *studiosa sui consideratione ut animæ*
sibi de sua sapientia festum faciat, eadem-
que ut sibi propria perfruatur. Semper p. 225.
autem naturalis sui ipsius amor pro-
prium commodum in imperfectis *Catech.*
animabus constituit & a perfectis *Sp. Tom.*
amputandus est. Non ne Meldensis *2. part.*
Episcopus in Patre Surino approba- *5. c. 7.*
vit. *Anima amputat bona desideria ex-* *p. 292.*
ceptis particularibus desideriis quæ Deus

inspirat illi de rebus quæ sunt Divinæ voluntatis . . . . Cum Deo visum est ut anima quid faciat, placidum huic imprimit desiderium quod huic indifferentiæ non officit..... Hæc anima de suo spirituali Thesauro non cogitat. En amputatio desideriorum non quidem bonorum sed sollicitorum & naturalium quæ à gratiâ non oriuntur. *En exclusio mercenarij in se respectus quo sibi Fidem anima facit se virtuti studere & suâ virtute ut sibi propriâ perfruatur.*

Quum Frater Laurentius sic lo-
p.14. quebatur, à *meo in Monasterium ingressu idest à 40. ferè annis neque de virtute, neque de meâ salute cogito.* Non tamen universas virtutes ipsius statui convenientes exercere desinebat, sed de earum naturâ cogitans minimè, eas ut Dei voluntati pareret, exercebat, neque se *proprio commodo*, aut naturali sui ipsius amore in iis se se exquirebat. Hoc exemplo patet *an spiritualibus viris imposuerim* ut me insimulant Præsules, cum dixi eos interdum fateri se jam virtutem ut sibi propriam non exquirere. Locutus sum ut sanctus Franciscus Sale-

ſius qui ait, *felices qui vel ipſo virtutum deſiderio, earumque parandarum ſollicitudine ſe ſe exuunt, illas tantum optantes eâ ratione quas eis Divina ſapientia illas communicabit atque iis acquirendis eas applicabit*. Denique tres Præſules volunt à me dictum eſſe ſanctos Myſticos excluſiſſe à perfectorum ſtatu *praxim & actus virtutum*. 1°. Ne quidem unum vocabulum de *actibus* dixi. Id mihi abſque fundamento imputatur. 2°. Non locutus fui de *praxi*, ſed tantùm de virtutis exercitationibus. Qui myſticos authores de quibus loquor tantiſper legerit facile animadverterit quam magnum conſueto ſuo ſermone ponant diſcrimen inter praxim ſeu eſſentiale virtutum exercitium & *virtutis exercitationes*, quæ ſecundum eos non ſunt niſi *formularum ordo & ſeries ut ſibi mercenarium teſtimonium exhibeant*, &c ut dixi eo ipſo loco quem mihi objiciunt. 3°. denique non dixi doceri à Myſticis doctrinam quæ mihi exprobratur. Tantum dixi, cum Myſtici hunc ſermonem locuti ſunt, non voluiſſe excluſas niſi has exercita-

Opuſc. tract. 8. Editio Leonardi. Pariſiis.

p. 252. 253.

tiones quas in lineis immediatè præcedentibus dixeram consistere certo formularum ordine. En mea verba. *Anima transformata Deo immediatè unitur .... quod ipsius pareat & præceptis & consiliis absque certo formularum ordine quo sibi mercenarium exhibeat testimonium. Qui sic loquitur ea explicat quæ sancti Mystici intellexerunt cum ab hoc statu virtutis exercitationes amoverunt*, non autem ut mihi affingit declaratio, *praxim & actus virtutum*. Quo duplex expressus error esset. Ergo hoc uno tantùm sensu, eodem tenore, eodemque loco addidi, *atque hæc explicatio universam traditionem nullatenus lædit*. Dixi quoque, transformatæ

p.235. animæ *ad sua interiora exercitia plerumque non egent certo ordine seu locis, seu temporibus accommodato, aut formulis expressis, aut piis exercitationibus certâ methodo distributis*. En solæ *exercitationes* quibus perfectas animas eximi posse credidi non imminutâ virtutum praxi quam semper exhibeo sub nomine realis & distincti virtutum

p.236. exercitij ut aliquid *essentiale* cuivis perfectionis statui.

DECLARATIO.

His consonat istud : animas transformatas ex praesente disciplina veluti peccata confessas, detestari culpas, & remissionem peccatorum optare, non ut purificationem & liberationem propriam, sed ut rem quam Deus vult : quod proprium & intrinsecum poenitentiae motivum obliterat, & articulo nostro XV. adversatur : nec probandum confessionem venialium peccatorum ad praesentem tantum referri disciplinam. 25. p. 241. 34 art. 15.

RESPONSUM.

Dixi animas non jam optare peccatorum veniam *ut propriam puritatem & salutem*; at vox illa *propriam* manifeste ostendit juxta meum systema centies repetitum me non intendisse excludere nisi proprietatem justitiae aut remissionis peccatorum ut & caeterorum Dei donorum. Cum Author articulum ex professo conscripsit ad definiendum quid sit *proprium*, quid *proprietas* quae juxta eum, ut & secundum tot sanctos Authores nihil sunt nisi naturalis imperfectio, non jam sinit bona fides ut id

quod de ſalute *quatenus propria* dixit, reprehendatur niſi convenienter definitioni quam de proprietate præmiſit. Conſtat quidem velle me ut *propria* deſideria injuſtis ſint Deo *ſubdita*. Meldenſis Epiſcopus hinc colligit deſideria illa ergo eſſe ſupernaturalia cum ſint ſubdita, & me hæc ſupernaturalia deſideria amputantem univerſas quoque virtutes amputare concludit. Ad hæc reſpondeo ea deſideria non eſſe propria niſi quod ſint à nobis ut à nobis, ideſt naturalia & non ex gratiâ, ſed juſta anima quæ hæc format, hæc quoque Deo ſubdit. Summoperè differunt naturales erga ſe amoris actus quos anima Deo ſubdit & quibus abſtineret ſi Deus eos prohiberet, à ſupernaturalibus. Ergo ſe amoris actibus quos gratia & divinus amor nobis inſpirat. Non licet virtutum proprietatem ſic explicatam cum earum ſpecificis motivis confundere quin ſimul hæreſis & impietatis accuſentur tot ſancti in Beatorum album relati, & ab universâ Eccleſiâ ſummo honore habiti, qui proprieta-

tem

tem excludere quidem voluerunt, ab imminuendis autem virtutibus abhorruerunt, ipse Meldensis Episcopus proprietatem & proprietatis abnegationem his verbis admisit, *talis est vera cordis purgatio quæ omnia Deo tribuit, nihilque proprij sibi jam habere cupit.* Præterea quod immediatè post locum controversum dico, veram meam mentem demonstrat. Ibi enim Salesij placitum refero, hoc scilicet, *gratuita anima sese peccatis ad propriam munditiam deinceps non abluit: tantùmque difformitatem quantum pulchritudinem amaret, si æque sponso difformitas ac pulchritudo placeret.* Statim addo, *apprimè scit tamen cordi esse sponso puritatem & pulchritudinem; itaque ut illi uni placeat pulchritudini ac puritati studet, & quam ille horret turpitudinem eam ipsa perhorrescit.* Constat ergo juxta meum librum perfectam animam peccata deponendo *turpitudinem per horrescere* & *pulchritudinem unicè dilige-e*, nedum inter hæc duo sit indiffe-ens. Constat ergo hanc animam di-gere atque unicè optare peccatorum orum veniam quæ totam pulchri-

Instr. p.468.

p.241.

p.242.

tudinem parit, eique difformitatem adimit. Hoc sensu dicit Salesius. *Amor ille nonne maxime purus est, nitidus & simplex cum animæ non se purgent ut puræ sint, sed tantum ut sponso placeant. Cui si difformitas æquè fuisset accepta, tantùm eam quantùm pulchritudinem diligerent.* Aliàs idem author nobis proponit, puri nostri amoris specimen, Beatorum amorem; *virtutes*, inquit, *sectantur & exercent non quatenus pulchræ sunt & amabiles, sed quatenus Deo sunt gratæ. Suam amant felicitatem non ut suam sed ut Deo acceptam, eâque ratione vult praxim virtutum ad sanctum amorem exigi.* Placitorum quæ magnus hic Sanctus suis virginibus tradidit unum hoc fuit *ne se addicerent neque locis, neque temporibus, neque his vel illis hominibus ne quidem praxi exercitij virtutum.* Intenditne Salesius virtutum puritatem atque pulchritudinem, neque amandam, neque optandam, absit, tantùm intendit horum donorum *proprietatem* non esse exquirendam, neque jam proprio commodo optandam; quemadmodum non amputatur ex sapientiâ,

Coll.11.

Am. Dei l. 11.c.13.

Vide titulum c.13.

Vita Matris de Chãtalio. 2.part. p.276. Edit. Gallicæ Paris. ap. fim.

cum ejus proprietas abjicitur, niſi *Piget. 1655.* mercenarius in ſe reſpectus quo anima ſibi Fidem faciat ſe ſapere, & ſuâ ſapientiâ ut propriâ perfruatur. Ita cum diligitur unicèque optatur interioris juſtitiæ puritas & pulchritudo quæ ex peccatorum remiſſione oritur, non amputatur niſi mercenarius in ſe reſpectus quo Fidem ſibi anima faciat, ſe juſtitiâ, puritate, nitore eſſe ornatam, eâque puritate ut propria perfruatur. Poſtremo in falſo *p. 147.* articulo eos damno qui peccata animo non ſincero confiterentur cum ore peccatorum veniam poſtulant.

DECLARATIO.

Nec probandum confeſſionem venialium peccatorum ad præſentem *26.* tantùm referri diſciplinam.

RESPONSUM.

Non dixi venialium peccatorum onfeſſionem ad præſentem tantùm ertinere diſciplinam. Præſules tam gidi in notandâ affirmativarum & gativarum propoſitionum differen- cenſores, facultatem mihi facere ent illos monendi, negativam poſitionem mihi ab iis imputari,

meam autem non esse negativam; sic locutus fui. *Transformatæ animæ utiliter possunt, atque, ut nunc est disciplina, etiam tenentur quæ perceperint, venialia peccata confiteri.* Non dixi debent in solâ præsenti disciplinâ, sic Præsules meis verbis aliquid addunt cum exclusivè dicunt hac voce, *tantùm, me confessionem venialium peccatorum ad præsentem tantùm referre disciplinam.* Notate etiam me, ut contendunt, *de peccatorum venialium confessione,* non esse locutum, sed tantùm de præcisâ hujus confessionis, ut sic dicam obligatione; tenentur etiam, ut nunc est disciplina, confiteri, &c... Ubinam legerunt Præsules ad veterum disciplinam præcisum illud peccata venialia confitendi officium referendum esse ? Ego autem nullam præcisam ac rigidam hujus necessitatem etiam in posteriorum sæculorum disciplina reperio, nisi in Ecclesiæ præcepto quo filiis suis ad minimum semel uno quoque anno peccata confiteantur imperat. Animæ quæ per annum mortale peccatum non admiserint, eo casu venialia peccata confiteri te-

nentur, quapropter dico, *hæ animæ utiliter possunt, atque, ut nunc est disciplina, etiam tenentur venialia peccata confiteri, &c.* ad minimum semel uno quoque anno ad id tenentur, utiliter quovis alio tempore congruo id possunt, alios offenderent ac temerè se se utilitate magnâ privarent, si huic officio deessent. Præsules ergo confessionem generatim pro præcisâ confitendi peccata obligatione acceperunt, mihique imputant exclusivam negationem, *tantùm*, cujus nullum est in meo libro vestigium.

DECLARATIO.

De concupiscentiâ in quibusdam animabus, & si paucissimis, perfectè purgatâ, suspensisque ejus sensibilibus effectibus, & carne jamdiu penitùs spiritui subditâ; in libro id asseritur, quod articulo nostro septimo, & octavo ex Conciliis deprompto apertè contradicat. 27.

RESPONSUM.

Dixi quidem *has postremas probationes solùm esse supponendas in paucissimis animabus quæ purissimæ & maximè mortificatæ sunt in quibus caro spiritui* p. 76.

jamdudum subjacet & quæ solido omnes Evangelicas virtutes exercuerunt. Paulo
p.78. post addo *paucissimas animas eam attigisse perfectionem in quâ unum proprij commodi residuum Divino amori admixtum purgandum supersit.* Hinc colligunt significare me animas esse adeò perfectas ut jam concupiscentiâ vacent. At quæro utrum qui suam concupiscentiam à longo tempore subdunt, omni interim caruerint concupiscentiâ, quæ ob id unum subditur quod summâ fidelitate eam edoment, ipsiusque vel tenuissimos motus in eorum ortu reprimant.

Cum Princeps hostilem gentem cujus Provincias subegit subditam tenet, sequiturne inde nullam ad jugum excutiendum genti illi superesse propensionem ? nullatenus ; verum id fit quod Principis vigilantia, sapientia atque authoritas nullam huic populo rebellandi occasionem relinquant. Ita juxta me impurissimis illis animabus, non ob aliud spiritui omninò subditur caro, non obstante ejus ad defectionem propensione, quam quod sint maximè *mortificatæ,*

ideft macerandæ carni maxime fideles. Dixi, fateor, *fenfibiles concupifcentiæ effectus medicinali gratiâ in his animabus fufpendi aut minui poffe.* p.238. At fanctus Bonaventura multò vehementiùs locutus eft cum de fancto Francifco Affifienfi, *neque enim languor vel defidia locum habet, ubi amoris ftimulus femper ad majora perurget. Tanta autem in eo carnis ad fpiritum erat concordia, tanta obedientiæ promptitudo, quod cum illo niteretur ad omnem fanctitatem pertingere, ipfa non folum non repugnaret fed & præcurere niteretur.* Vita Beati Francifci. c.14.

Ego autem dixi, *has animas concupifcentiæ fomitem circumferre.* Subdidi, *poffunt lethaliter peccare & horrendum in modum errare. Venialia etiam peccata admittunt quæ cum universâ Ecclefiâ unanimes deprecantur his verbis, dimitte nobis debita noftra, &c.* p.238. Alibi infuper dixi, *hæc anima originali integritate non gaudet, cum neque à quotidianis peccatis, neque ab ipsâ concupifcentiâ fit immunis, quæ duo cum eâ integritate fimul effe non poffunt.* p.254. Ibidem dixi, *concupifcentia quæ in hac mortali vitâ femper viget, ab hac integrâ puritate non eft aliena, cum nec* p.255.

ſit peccatum nec animæ inquinamentum.
p. 255. Deniquè dico *hæ animæ integrâ nitent puritate, ideſt nullâ peccati maculâ temerantur, præter eam quâ in peccatis quotidianis aſperguntur, & quæ amoris exercitio quam primum deletur.* Hinc facilè intelligitur quo ſenſu animabus illis nihil ſit purgandum extra *proprij commodi reſiduum.* Quamprimum amor poteſt quotidiana delere peccata. Tunc probationi nihil ſupereſt purgandum præter naturalis amoris aut proprij commodi reſiduum. Quomodo contendunt hac doctrinâ ſupponi animam *à concupiſcentiâ planè eſſe purgatam.*

Ut intelligatur quantùm abhorream ab imminuendo in homine concupiſcentiæ timore, ſui ipſius diffidentiâ, vigilantiâ adverſus cæcos ejuſdem concupiſcentiæ motus; mea verba ſolùm ſunt legenda. In
p. 237. articulo falſo hæc damnavi. *In illis emortua eſt concupiſcentia, aut adeo extra omnem ſenſum ſuſpenſa, ut jam non exiſtimandum ſit, fieri poſſe ut repente reviviſcat.* En hujus doctrinæ damnatio. *Qui ſic loquitur periculo tentationis*

animas objicit , lethalem superbiam eis inspirat, Satanæ præceptis eas imbuit. Concupiscentiam obliviscitur in nobis aut agere, aut languere , aut suspendi sed ad reviviscendum atque in hoc mortali & peccatis obnoxio corpore , & in actus noxios de improviso erumpendum semper & ubique paratam.

Addo in sequenti articulo , *animas transformatas libero semper gaudere arbitrio quo possint ad primi Angeli & primi Hominis exemplum peccare ; præterea concupiscentiæ fomitem* circumferre, quamvis sensibiles ipsius effectus medicinali gratiâ aut suspendi aut minui queant. Atque etiam in falso damnavi animas *quæ se concupiscentiâ jam carere dicerent*. Hisne eluditur aut contradicitur 7. noster Issiacus articulus qui hæc tantum habet. *In omni statu concupiscentia Christiano semper est debellanda , licet non eodem semper modo. Quare tenetur in quovis statu quamvis non omni temporis momento virtutem adversus tentationes efflagitare.* p.238. p.240.

Dixi solos sensibiles concupiscentiæ effectus suspendi , non autem omnes ejus effectus illi ipsi qui non

ſunt ſenſibiles ſunt plerumque periculoſiſſimi. Illas etiam ſuſpenſiones non admiſi ut ſtabiles, ut certas, ut per ſtatum: contra eas ſuppoſui inſtabiles ac ſemper quoad diuturnitatem incertas. Ita ut juxta me *concupiſcentia aut ſemper agat, aut ad ſubitò reviviſcendum ſit parata.* Nonne ſic agnoſco in quolibet ſtatu adverſus concupiſcentiam ſemper pugnandum eſſe, quamvis non eodem ſemper modo.

DECLARATIO.

28. Unde etiam eo author adducitur ut mortificationis utilitatem, neceſſitatemque extenuet, reclamante licet Apoſtolo & Sanctorum praxi, faveatque doctrinæ articulo noſtro 18. cenſuriſque proſcriptæ.

RESPONSUM.

Extenuatne mortificationum utilitatem
p.131. *aut neceſſitatem qui perpetuam mortificationum neceſſitatem agnoſcit, qui corporis macerationes ſaluberrimè inſtitutas* approbat, *qui poſtremo vult animas vel perfectiſſimas pœnitentiam agere ſuis viribus, gratiis, & ſtatus ſui probationibus accommodatam*: in quo autem hæc
p.127.

pœnitentia consistit ? *in privatione totum omnium quæ non nisi ad propriam delectationem degustaret.*

Possuntne tres Prælati proponere regulam hac & sanctiorem & latiùs patentem. Eos oro me rursus audiant. *p.127.* *Hæc mortificatio , seu ut melius dicatur mors huc spectat ut amputet non solum omnes voluntarios motus naturæ per carnis voluptatem & animi superbiam corruptæ & rebellis , sed & innocentissima solatia quæ mercenarius & sollicitus amor exquirit.* Iis quatuor tantum addo *p.129.* quæ neminem inficiatum iri arbitror. 1. Eas macerationes eatenus solùm sanctitati conducere quatenus amoris & orationis spiritu vegetantur. 2. Ferventes animas sensibiles fervoris sui tempore iis sæpe tenaciter nimis adhæsisse. 3. Eas sensibili macerationum gustu excidere in probationibus in quibus hoc sensibili & suavi fervore orbantur. 4. Ab *experto Directore interrumpendas aut minuendas esse quasdam corporis macerationes , quibus animæ nimium studuerant* Animadvertite hic solum agi de *quibusdam* non autem de omnibus macerationibus. Hujusque

quod de ſalute *quatenus propria* dixit, reprehendatur niſi convenienter definitioni quam de proprietate præmiſit. Conſtat quidem velle me ut *propria* deſideria injuſtis ſint Deo *ſubdita.* Meldenſis Epiſcopus hinc colligit deſideria illa ergo eſſe ſupernaturalia cum ſint ſubdita, & me hæc ſupernaturalia deſideria amputantem univerſas quoque virtutes amputare concludit. Ad hæc reſpondeo ea deſideria non eſſe propria niſi quod ſint à nobis ut à nobis, ideſt naturalia & non ex gratiâ, ſed juſta anima quæ hæc format, hæc quoque Deo ſubdit. Summoperè differunt naturales erga ſe amoris actus quos anima Deo ſubdit & quibus abſtineret ſi Deus eos prohiberet, à ſupernaturalibus. Ergo ſe amoris actibus quos gratia & divinus amor nobis inſpirat. Non licet virtutum proprietatem ſic explicatam cum earum ſpecificis motivis confundere quin ſimul hæreſis & impietatis accuſentur tot ſancti in Beatorum album relati, & ab univerſâ Eccleſiâ ſummo honore habiti, qui proprietatem

tem excludere quidem voluerunt, ab imminuendis autem virtutibus abhorruerunt, ipſe Meldenſis Epiſcopus proprietatem & proprietatis abnegationem his verbis admiſit, *talis eſt vera cordis purgatio quæ omnia Deo tribuit, nihilque proprij ſibi jam habere cupit.* Prætereà quod immediatè poſt locum controverſum dico, veram meam mentem demonſtrat. Ibi enim Saleſij placitum refero, hoc ſcilicet, *gratuita anima ſeſe peccatis ad propriam munditiam deinceps non abluit: tantùmque difformitatem quantum pulchritudinem amaret, ſi æque ſponſo difformitas ac pulchritudo placeret.* Statim addo, *apprimè ſcit tamen cordi eſſe ſponſo puritatem & pulchritudinem; itaque ut illi uni placeat pulchritudini ac puritati ſtudet, & quam ille horret turpitudinem eam ipſa perhorreſcit.* Conſtat ergo juxta meum librum perfectam animam peccata deponendo *turpitudinem perhorreſcere* & *pulchritudinem unicè diligere*, nedum inter hæc duo ſit indifferens. Conſtat ergo hanc animam diligere atque unicè optare peccatorum ſuorum veniam quæ totam pulchri-

Inſtr. p.468.

p.241.

p.242.

tudinem parit, eique difformitatem
Coll.12. adimit. Hoc sensu dicit Salesius. *Amor ille nonne maxime purus est, nitidus & simplex cum animæ non se purgent ut puræ sint, sed tantum ut sponso placeant. Cui si difformitas æquè fuisset accepta, tantùm eam quantùm pulchritudinem diligerent.* Aliàs idem author nobis proponit, puri nostri amoris specimen,
Am. Dei l. 11.c.13. Beatorum amorem; *virtutes*, inquit, *sectantur & exercent non quatenus pulchræ sunt & amabiles, sed quatenus Deo sunt gratæ. Suam amant felicitatem non ut suam sed ut Deo acceptam, eâque ratione vult praxim virtutum ad sanctum amorem exigi.*
Vide titulum c.13. Placitorum quæ magnus hic Sanctus suis virginibus tradidit unum hoc fuit *ne se addicerent neque locis, neque temporibus, neque his vel illis hominibus ne quidem praxi exercitij virtutum.*
Vita Matris de Chãtalio. 2.part. p.276. Edit. Gallica Paris. ap. sim. Intenditne Salesius virtutum puritatem atque pulchritudinem, neque amandam, neque optandam, absit, tantùm intendit horum donorum *proprietatem* non esse exquirendam, neque jam proprio commodo optandam; quemadmodum non amputatur ex sapientiâ,

cum ejus proprietas abjicitur, nisi mercenarius in se respectus quo anima sibi Fidem faciat se sapere, & suâ sapientiâ ut propriâ perfruatur. Ita cum diligitur unicèque optatur interioris justitiæ puritas & pulchritudo quæ ex peccatorum remissione oritur, non amputatur nisi mercenarius in se respectus quo Fidem sibi anima faciat, se justitiâ, puritate, nitore esse ornatam, eâque puritate ut *propria* perfruatur. Postremo in falso articulo eos damno qui peccata animo non sincero confiterentur cum ore peccatorum veniam postulant. Piget. 1653. p. 147.

DECLARATIO.

Nec probandum confessionem venialium peccatorum ad præsentem tantùm referri disciplinam. 26.

RESPONSUM.

Non dixi venialium peccatorum confessionem ad præsentem tantùm pertinere disciplinam. Præsules tam rigidi in notandâ affirmativarum & negativarum propositionum differentiâ censores, facultatem mihi facere debent illos monendi, negativam propositionem mihi ab iis imputari,

meam autem non esse negativam; sic locutus sui. *Transformatæ animæ utiliter possunt, atque, ut nunc est disciplina, etiam tenentur quæ perceperint, venialia peccata confiteri.* Non dixi debent in solâ præsenti disciplinâ, sic Præsules meis verbis aliquid addunt cum exclusivè dicunt hac voce, *tantùm, me confessionem venialium peccatorum ad præsentem tantùm referre disciplinam.* Notate etiam me, ut contendunt, *de peccatorum venialium confessione*, non esse locutum, sed tantùm de præcisâ hujus confessionis, ut sic dicam obligatione; tenentur etiam, ut nunc est disciplina, confiteri, &c... Ubinam legerunt Præsules ad veterum disciplinam præcisum illud peccata venialia confitendi officium referendum esse? Ego autem nullam præcisam ac rigidam hujus necessitatem etiam in posteriorum sæculorum disciplina reperio, nisi in Ecclesiæ præcepto quo filiis suis ad minimum semel uno quoque anno peccata confiteantur imperat. Animæ quæ per annum mortale peccatum non admiserint, eo casu venialia peccata confiteri te-

nentur, quapropter dico, *hæ animæ utiliter possunt, atque, ut nunc est disciplina, etiam tenentur venialia peccata confiteri, &c.* ad minimum semel uno quoque anno ad id tenentur, utiliter quovis alio tempore congruo id possunt, alios offenderent ac temerè se se utilitate magnâ privarent, si huic officio deessent. Præsules ergo confessionem generatim pro præcisâ confitendi peccata obligatione acceperunt, mihique imputant exclusivam negationem, *tantùm*, cujus nullum est in meo libro vestigium.

DECLARATIO.

De concupiscentiâ in quibusdam animabus, & si paucissimis, perfectè purgatâ, suspensisque ejus sensibilibus effectibus, & carne jamdiu penitùs spiritui subditâ; in libro id asseritur, quod articulo nostro septimo, & octavo ex Conciliis deprompto apertè contradicat. 27.

RESPONSUM.

Dixi quidem *has postremas probationes solùm esse supponendas in paucissimis animabus quæ purissimæ & maximè mortificatæ sunt in quibus caro spiritui* p. 76.

jamdudum subjacet & quæ solido omnes Evangelicas virtutes exercuerunt. Paulo post addo *paucissimas animas eam attigisse perfectionem in quâ unum proprij commodi residuum Divino amori admixtum purgandum superſit.* Hinc colligunt significare me animas esse adeò perfectas ut jam concupiscentiâ vacent. At quæro utrum qui suam concupiscentiam à longo tempore subdunt, omni interim caruerint concupiscentiâ, quæ ob id unum subditur quod summâ fidelitate eam edoment, ipsiusque vel tenuissimos motus in eorum ortu reprimant.

p.78.

Cum Princeps hostilem gentem cujus Provincias subegit subditam tenet, sequiturne inde nullam ad jugum excutiendum genti illi superesse propensionem ? nullatenus ; verum id fit quod Principis vigilantia, sapientia atque authoritas nullam huic populo rebellandi occasionem relinquant. Ita juxta me impurissimis illis animabus, non ob aliud spiritui omninò subditur caro, non obstante ejus ad defectionem propensione, quam quod sint maximè *mortificatæ,*

ideſt macerandæ carni maxime fideles. Dixi, fateor, *ſenſibiles concupiſcentiæ effectus medicinali gratiâ in his animabus ſuſpendi aut minui poſſe*. At ſanctus Bonaventura multò vehementiùs locutus eſt cum de ſancto Franciſco Aſſiſienſi, *neque enim languor vel deſidia locum habet, ubi amoris ſtimulus ſemper ad majora perurget. Tanta autem in eo carnis ad ſpiritum erat concordia, tanta obedientiæ promptitudo, quod cum illo niteretur ad omnem ſanctitatem pertingere, ipſa non ſolum non repugnaret ſed & præcurrere niteretur.* p.238. *Vita Beati Franciſci. c.14.*

Ego autem dixi, *has animas concupiſcentiæ fomitem circumferre.* Subdidi, *poſſunt lethaliter peccare & horrendum in modum errare. Venialia etiam peccata admittunt quæ cum universâ Eccleſiâ unanimes deprecantur his verbis, dimitte nobis debita noſtra, &c.* Alibi inſuper dixi, *hæc anima originali integritate non gaudet, cum neque à quotidianis peccatis, neque ab ipsâ concupiſcentiâ ſit immunis, quæ duo cum eâ integritate ſimul eſſe non poſſunt.* Ibidem dixi, *concupiſcentia quæ in hac mortali vitâ ſemper viget, ab hac integrâ puritate non eſt aliena, cum nec* p.238. p.254. p.255.

ſit peccatum nec animæ inquinamentum.
p.255. Deniquè dico *hæ animæ integrâ nitent puritate, ideſt nullâ peccati maculâ temerantur, præter eam quâ in peccatis quotidianis aſperguntur, & quæ amoris exercitio quam primum deletur.* Hinc facilè intelligitur quo ſenſu animabus illis nihil ſit purgandum extra *proprij commodi reſiduum.* Quamprimum amor poteſt quotidiana delere peccata. Tunc probationi nihil ſupereſt purgandum præter naturalis amoris aut proprij commodi reſiduum. Quomodo contendunt hac doctrinâ ſupponi animam *à concupiſcentiâ planè eſſe purgatam.*

Ut intelligatur quantùm abhorream ab imminuendo in homine concupiſcentiæ timore, ſui ipſius diffidentiâ, vigilantiâ adverſus cœcos ejuſdem concupiſcentiæ motus; mea verba ſolùm ſunt legenda. In
p.237. articulo falſo hæc damnavi. *In illis emortua eſt concupiſcentia, aut adeo extra omnem ſenſum ſuſpenſa, ut jam non exiſtimandum ſit, fieri poſſe ut repente reviviſcat.* En hujus doctrinæ damnatio. *Qui ſic loquitur periculo tentationis*

animas objicit, lethalem superbiam eis inspirat, Satanæ præceptis eas imbuit. Concupiscentiam obliviscitur in nobis aut agere, aut languere, aut suspendi sed ad reviviscendum atque in hoc mortali & peccatis obnoxio corpore, & in actus noxios de improviso erumpendum semper & ubique paratam.

Addo in sequenti articulo, *animas transformatas libero semper gaudere arbitrio quo possint ad primi Angeli & primi Hominis exemplum peccare; præterea concupiscentiæ fomitem* circumferre, quamvis sensibiles ipsius effectus medicinali gratiâ aut suspendi aut minui queant. Atque etiam in falso damnavi animas *quæ se concupiscentiâ jam carere dicerent.* Hisne eluditur aut contradicitur 7. noster Illiacus articulus qui hæc tantum habet. *In omni statu concupiscentia Christiano semper est debellanda, licet non eodem semper modo. Quare tenetur in quovis statu quamvis non omni temporis momento virtutem adversus tentationes efflagitare.* p.238. p.240.

Dixi solos sensibiles concupiscentiæ effectus suspendi, non autem omnes ejus effectus illi ipsi qui non

ſunt ſenſibiles ſunt plerumque periculoſiſſimi. Illas etiam ſuſpenſiones non admiſi ut ſtabiles, ut certas, ut per ſtatum: contra eas ſuppoſui inſtabiles ac ſemper quoad diuturnitatem incertas. Ita ut juxta me *concupiſcentia aut ſemper agat, aut ad ſubitò reviviſcendum ſit parata.* Nonne ſic agnoſco in quolibet ſtatu adverſus concupiſcentiam ſemper pugnandum eſſe, quamvis non eodem ſemper modo.

DECLARATIO.

28. Unde etiam eo author adducitur ut mortificationis utilitatem, neceſſitatemque extenuet, reclamante licet Apoſtolo & Sanctorum praxi, faveatque doctrinæ articulo noſtro 18. cenſuriſque proſcriptæ.

RESPONSUM.

Extenuatne mortificationum utilitatem
p.131. *aut neceſſitatem qui perpetuam mortificationum neceſſitatem agnoſcit, qui corporis macerationes ſaluberrimè inſtitutas* approbat, *qui poſtremo vult animas vel perfectiſſimas pœnitentiam agere ſuis viribus, gratiis, & ſtatus ſui probationi-*
p.127. *bus accommodatam*: in quo autem hæc

pœnitentia consistit ? *in privatione eorum omnium quæ non nisi ad propriam delectationem degustaret.*

Possuntne tres Prælati proponere regulam hac & sanctiorem & latiùs patentem. Eos oro me rursus audiant. *Hæc mortificatio, seu ut melius dicatur mors huc spectat ut amputet non solum omnes voluntarios motus naturæ per carnis voluptatem & animi superbiam corruptæ & rebellis, sed & innocentissima solatia quæ mercenarius & sollicitus amor exquirit.* Iis quatuor tantum addo quæ neminem inficiatum iri arbitror. 1. Eas macerationes eatenus solùm sanctitati conducere quatenus amoris & orationis spiritu vegetantur. 2. Ferventes animas sensibiles fervoris sui tempore iis sæpe tenaciter nimis adhæsisse. 3. Eas sensibili macerationum gustu excidere in probationibus in quibus hoc sensibili & suavi fervore orbantur. 4. Ab *experto Directore interrumpendas aut minuendas esse quasdam corporis macerationes, quibus animæ nimium studuerant* Animadvertite hîc solum agi de *quibusdam* non autem de omnibus macerationibus. Hujusque

p.127.
p.129.

p.128. hæc ratio eſt. *Hoc levamen neceſſarium*
129. *eſt ad reficienda earum corpora in acerbis*
130. *interiorum pœnarum laboribus qui ſunt pœnitentiæ genus omnium maxime terribile.*

DECLARATIO.

29. De contemplatione in libro iſta promuntur: cum pura & directa eſt, nunquam eam voluntariè occupari ullâ imagine ſenſibili, ulla ideâ Divinitatis diſtinctâ & nominabili, hoc eſt limitatâ, ſed tantùm puriſſimâ atque abſtractiſſimâ ratione entis illimitati.

RESPONSUM.

Nullibi dixi, *contemplationem cùm pura & directa eſt, nunquam voluntariè occupari ulla imagine ſenſibili, &c.* Ab eo dicendo multum aberam eum è contra conſulto atque expreſsè dixerim, *contemplatione omnia admitti objecta quæ pura Fides nobis exhibere poteſt.*
p.188. Solùm dixi, *puram & directam contemplationem negativam eſſe in quantum nul-*
p.186. *lâ ſenſibili imagine, nullâ diſtinctâ atque nominabili ideâ voluntariò occupetur.* Hæc verba non ſignificant omnem contemplationem puram & directam eſſe

negativam, ſed tantùm contemplationem puram & directam eſſe negativam quando nullâ ſenſibili imagine voluntariò occupatur. Quum autem omnibus objectis quæ pura fides exhibere poteſt occupatur, tunc pura & directa contemplatio non eſt negativa. Licetne citare me ut de omni contemplatione generatim dicentem id quod de negativâ dico, dum de aliâ contemplationis ſpecie contrarium adeò expreſsè dico. Negativa autem eſt ſimplex coram Deo præſentia intuitus eſt liber atque amans quo anima occupatur univerſali ideâ Entis infinitè perfecti juxta hæc verba. *Ego ſum qui ſum*, atque id ipſum tot cum ſancto Dyoniſio Authores expreſſerunt dicendo cognoſci Deum non ex eo quod eſt, ſed ex eo quod non eſt. Ideſt omnem excludendo diſtinctionem quæ ex entis circumſcriptione oritur. Sic ait Clemens Alexandrinus, *quod in eam nunquam ſubeant diverſæ notiones, pars animæ manens non alterabilis, non aſſumit aliquam viſorum diverſitatem ..... ad intelligentiam Omnipotentis utcumque pervenimus,*

Ep. ad Cai.

Strom. lib. 4. p. 530.

Strom. lib. 5. p. 582.

non quod est, sed quod non est cognoscentes. Sic etiam sanctus Gregorius Nyssenus dixit anima *ita cognovit id quod quærebatur, ut ei solum quod intelligeretur non posse comprehendi cognosceretur esse, cujus omne signum ac indicium comprehendens sit impedimentum iis, qui quærunt, ad ejus inventionem.*

Hom. 6. in Cantic. Cãticor. p. 560.

30. DECLARATIO.

In alia ergo objecta, hoc est in attributa quævis, personasque Divinas, atque adeo in ipsam Christi humanitatem non propriâ electione ferri.

RESPONSUM.

Pura & directa contemplatio aliquando negativa est, aliquando non est negativa, sed in utroque casu eadem semper est contemplationis natura, cum per eam anima eodem modo contempletur. Pura nimirum & directa operatione. Quum pura & directa contemplatio *unam*, ut in meo
p. 187. Libro dixi, *purè intellectualem & abstractam infiniti & inconscripti Entis ideam amplectitur*, tunc negativa est. Quum autem cætera objecta *quæ pura Fides offerre potest*, (omnia verò juxta.

meum Librum admittit,) tum non p. 189.
eſt negativa licet perpetuò ſit pura & directa.

Meldenſis Epiſcopus agnoſcit contemplationem aliquando, ut dixi, ſola purè intellectuali & abſtracta entis illimitati & inconſcripti ideâ occupari. En quomodo hac de re mentem ſuam aperit. *Hic proponitur objectio quæ non eſt diſſimulanda nempè conſentiunt Scholaſtici perfectiſſimam de naturâ Divinâ contemplationem eam eſſe quæ ſpectatur, ſecundum notiones minus reſtrictas qualis eſt notio Entis, Veritatis, Bonitatis, Perfectionis, & quod hæ notitiæ ſint reverâ puriſſimæ, maximè intellectuales, maximè abſtractæ, maximè remotæ ab illis corporeis imaginibus quas Schola phantaſmata nuncupat, & quod ſuâ univerſalitate univerſalem Dei perfectionem juxta omnem ipſius univerſalitatem aliquatenus meliùs indicant quam magis particulares, magiſque reſtricta juſti, ſapientis, Sancti, ideæ.* PRÆSTANTISSIMA EST SCOTI & SUAREZ DOCTRINA *atque in iis ideis, Deus, fateor, eſt ipſum Eſſe, Deus eſt Bonitas, ſeu ut Moyſi loquitur, eſt univerſum bonum, ei*

Inſt. de ſtatib. orat. p. 53.

aliquo modò magis tribuuntur infinitæ perfectiones quæ confusè & universaliter in his abstractis notionibus continentur, iis etiam magis excitatur hæc admiratio, hic stupor, hoc silentium quo incipit contemplatio, & quo David exclamat. Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universâ terrâ & iterum tibi silentium laus Deus.

Hæc contemplatio juxta Meldensem Episcopum *est de naturâ Divinâ contemplatio quæ consideratur secundùm minùs restrictas notiones ut sunt Entis, Veritatis, Bonitatis, Perfectionis ideæ.* Ergo hæc contemplatio Christi humanitate non occupatur. Dicit etiam hic Præsul abstractas notiones quæ sunt hujus contemplationis objectum aliquatenus melius indicare universalem Dei perfectionem juxta omnem ipsius universalitatem quam minus restrictæ, *justi, sapientis, sancti, notitia.* Ergo distinctus Justitiæ, Sapientiæ, & Divinæ Bonitatis, ideoque ejus attributorum, intuitus non est hujus particularis contemplationis objectum. Ita etiam Meldensis Episcopus dicit in hac contemplatione in-

finitas perfectiones ſcilicet attributa, confusè & univerſaliter contineri his abſtractis notionibus quæ ſunt ſola objecta hujus contemplationis de quâ hîc agitur, quam ipſam dixi negativam poſt S. Dionyſium, totque ſpirituales authores, & quam Meldenſis Epiſcopus *perfectiſſimam de naturâ Divinâ contemplationem nuncupat.* Hanc etiam doctrinam præſtantem vocat. *Præſtantiſſima eſt Scoti & Suarez doctrina.* Duo alij Præſules Meldenſis Epiſcopi librum approbarunt, hanc ergo doctrinam tres declarationis authores *præſtantiſſimam* agnoverunt. Si jam inſimularentur docere contemplationem (ut id in me ipſum aſſerunt,) non *occupari aliis objectis, ideſt attributis, perſonis divinis, & ipsâ Christi humanitate quod aliquam de naturâ* Divinâ contemplationem approbent *quæ ſecundùm minus reſtrictas notiones conſideratur ut ſunt ideæ Entis, Veritatis, &c.* Reſponderent non loquimur de contemplatione in omni ſuâ extenſione acceptâ, ſed tantum de particulari contemplationis exercitio cujus objectum ſunt abſtractiſſimæ &

universalissimæ Divinitatis ideæ ; verum præter particulare illud contemplationis exercitium , plurima alia sunt contemplationi exercitia per quæ occupatur distincto intuitu attributorum atque magis particularibus , magisque restrictis *justi* , *sapientis* , *sancti* notionibus. In illis pluribus aliis exercitiis de Divinis personis , Christi humanitate atque omnibus objectis quæ Fide nobis exhibentur etiam occupatur. Hoc certè responsum penitus rem secaret , sed æquitas postulat ut illud à me accipiant, quò motæ mihi ab iis eidem accusationi respondeam cum in xxvii. mei Libri articulo de quo hîc agitur exigam *ut purè intellectuali & abstractâ inconscripti & illimitati Entis ideâ occupetur contemplatio quando negativa est.* Ideſt quando hoc particulari de quo loquitur Meldensis Episcopus exercitio occupatur. Sed in eodem articulo eamdem puræ & directæ contemplationis naturam posse *pro distinctis objectis omnia Dei attributa habere* affirmo. Id ipsum Meldensis Episcopus magis particulares , magisque re-

ſtrictas, *Juſti, ſapientis ſancti ideas*, vocat eodem articulo. Doceo hanc ideæ ſimplicitatem non obſtare quominus *contemplatrix anima tres perſonas divinas diſtinctè etiam contempletur ....* Denique hac ſimplicitate non excludi diſtinctum Chriſti humanitatis ſingulorumque ejus myſteriorum conſpectum, *quoniam cum divinitatis ideâ adjunctas etiam ideas admitti pura* p. 128. *contemplatio*, (igitur de perfectiſſimâ loquor) *omnia admittit objecta quæ pura Fides nobis exhibere poteſt, quum pure intellectuali & abſtractâ illimitati atque inconſcripti entis ideâ, hæc contemplatio ſolum occupatur, negativa tunc dicitur.* Cum vero *aliis omnibus objectis quæ pura Fides nobis exhibere poteſt occupatur.* Eſt nihilominus eadem pura & directa contemplatio, quia ejus operandi modus idem eſt, ſed tunc negativa non amplius nuncupatur.

DECLARATIO.

In alia ergo objecta, hoc eſt in attributa quævis, perſonaſque divi- 31.
nas, atque adeò in ipſam Chriſti humanitatem non propria electione fer-

ni, ſed repræſentante Deo, nec niſi inſtinctu & impreſſione gratiæ ſingularis; quippè quâ animus non voluntariè his objectis adhæreſcat: quaſi non ſufficiat ad hæc proſequenda ipſa rei bonitas, ipſa ſcripturæ invitatio, ipſa cum gratiâ communi propriæ electio voluntatis.

RESPONSUM.

Cum tam horrenda accuſatio inſtituitur, referenda ſunt ipſiſſima authoris verba. Ubinam dixi contemplatricem animam in Chriſti humanitatem non propriâ electione ferri? Dixine? Eſtne id mihi, cum id nullibi dixerim, imponendum? Solum dixi negativam contemplationem
p. 186. *nullâ ſenſibili imagine voluntariò occupari*. At dixine de omni contemplatione eam Chriſti humanitate voluntariò non occupari? Contra affirmavi.
p. 188. *Contemplationis ſimplicitate non excludi diſtinctum humanitatis Chriſti omniumque ejus attributorum conſpectum, quoniam cum Divinitatis ideâ adjunctas etiam alias ideas admittit pura contem-*
p. 189. *platio.* Si in rebus Divinis ſenſibiles
& 190. imagines excluſi, ſtatim explico

hanc exclusionem in eo consistere, *Quod anima J. C. mysteria non jam laboriosa quâdam methodo & sensibili imaginationis exercitatione consideret ut eorum sibi vestigia in cerebro imprimat, iisque ad propriam consolationem amanter moveatur quod iis non amplius per discursivam operationem & perpetuam ratiocinationem occupetur ut ex singulis mysteriis aliqua concludat, sed universa hæc diversa objecta ut certa & præsentia per puram Fidem effecta simplici & amante intuitu conspicit. Sic potest anima in eminentissimâ contemplatione Fidei quam maximè explicitæ actus exercere.* En eminentissima contemplatio quâ anima Christum & ejus mysteria explicitè conspicit. Aut hæc doctrina admittenda est, aut contemplatio quæ simplex est intellectualis partis operatio, cum discursivâ operatione quæ meditatio dicitur confundenda est. Verum quidem est voluisse me, *ut contemplatio pro objectis haberet objecta quæ Deus exhibet, quibusque per unam ipsius gratiæ impressionem occupamur.* Sed minimè dixi agi *de singulari gratia & propriam animæ electionem* nunquam exclusi.

Præſules tot vocabula *inſpirationem*, *impreſſionem gratiæ ſingularis*, *Deum objecta repræſentantem*, *animam quæ in Chriſti humanitatem propriâ electione non fertur*. Tot inquam voces ideo ſolùm coaceruant ut indicent à me Chriſti intuitum excludi excepto extraordinariæ inſpirationis caſu. Id tamen affirmare non auſi ſunt. Re verâ enim quomodo id affirmarent cum tota mea cum Meldenſi Epiſcopo contentio in eo verſetur quod paſſivam, miraculoſam, extraordinariam orationem non admittam eamque circumſcribam finibus puræ Fidei in quâ ſolâ gratiâ & luce juſtis omnibus communi anima prædita eſt ſecundùm Meldenſem Epiſcopum in paſſivâ contemplatione quæ Extaſis ſpecies eſt, nulla jam eſt animæ regula præter inſpirationem, atque in indefinita ad omnes diſcurſivos alioſque indefinitè actus impotentià verſatur. Secundùm me in oratione maximè paſſivâ, nullo inſolito lumine donatur anima quo divinam ſuavitatem diſcernat, nullâ aliâ inſpiratione quam quæ juſtis

omnibus communis eſt. In eâ ergo contemplatione Deus quædam objecta potiùs quam alia non exhibet niſi quemadmodum in omni oratione & omni vulgarium juſtorum meditatione ea repræſentat. In hoc ſtatu, ut in quolibet alio debet, anima ad orationem allicientis ſuavitatem ſequitur. Nihil autem huic ineſt ſuavitati quod obſcuriſſimæ omnium Chriſtianorum Fidei limites tranſiliat contemplationis gratia generatim ſpecialis eſt, ideſt ut hoc exercitium meditatione perfectius eſt, ita quoque hujus exerçitij gratia major eſt. Attamen etiam cum paſſiva eſt remanet in genere gratiæ gratum facientis quæ nihil extraordinarij aut miraculoſi complectitur. Vocabulum illud, *ſingularis* quo Præſules *extraordinarium* ſignificant, eſt igitur æquivocum atque meis verbis ſubadditur. Quod attinet ad *propriam electionem* quam relatione ad Chriſti conſpectum à me in contemplatione excludi aſſerunt, cur id abſque probatione affirmant? Si per propriam electionem intelligant naturalem vo-

luntatis sollicitudinem quâ gratiæ attrahentis suavitatem in oratione præveniret, ut Christo occuparetur, dum ad aliquam aliam occupationem gratiâ attraheretur, non minùs possunt tres Præsules æque ac ego *illam propriam electionem* à Christi conspectu excludere. Sin autem *per propriam* electionem nihil intelligunt nisi liberam voluntatis determinationem quâ in iis, qui Christum pro objecto habent actibus prævenientis gratiæ suavitati cooperetur, liquet ex me animum in eminentissimâ contemplatione propriâ suâ electione ferri ad Christum contemplandum, *cum eum qualibet horâ & sæpè contempletur, eumque unum in se ipsa juxta meum Librum conspiciat*, quamvis nullo unquam lumine neque extraordinariâ gratiâ sit prædita & obscurissimæ Fidei via circumscribatur tantum legere est trigesimum mei libri articulum pluraque alia loco quibus *passivo statui nullam extraordinariam gratiam supponi assero.*

p.196.

p.210,

DECLARATIO.

32 Ex his eò devenitur ut animæ contem

contemplativæ duobus in ſtatibus Chriſto diſtinctè viſo, ac per Fidem præſente priventur: nempè in ipſis contemplationis initiis & in probationibus; qui ſtatus diutiſſimè protrahi & prorogari poſſunt.

RESPONSUM.

1°. Præſules qui volunt me dicere *Chriſto diſtinctè viſo* animas privari, integra mea verba referre debuiſſent. Dixi *Animas ſenſibili & reflexo Chriſti intuitu privari*, ut quid has voces *ſenſibili & reflexo* quæ in hoc loco ſunt eſſentiales, ſuppreſſerunt? Ex meis verbis ſequitur me in hoc duplici caſu Chriſti intuitum non diſtinctum, non ſenſibilem, nec reflexum admittere.

2°. Tacere non debuiſſent dixiſſe me in naſcentis contemplationis caſu p.195. *illam Chriſti diſtinctè, ſenſibiliter & reflexè viſi privationem oriri ex animæ debilitate atque hanc Chriſti diſtinctè videndi impotentiam non eſſe perfectionem, ſed contra hujus exercitij imperfectionem quia tunc illud exercitium ſenſibile magis quam* p.196. *purum eſt.*

3°. Tacere non debuiſſent juxta

me in altero casu *qui involuntariæ perturbationis & caliginis casus est, non magis Christum quam Deum ab animæ conspectu amitti. Sed omnes illas jacturas apparentes esse tantum & fluxas, ut ita dicam, postedque non minus Christum quam Deum ipsum animæ restitui.*

Præterea agnoscendum erat nullam juxta meum librum esse realem Christi privationem, illa privatio *tantum apparens est solo involuntariæ perturbationis & calignis casu quo non magis Christus quam Deus à conspectu amittitur.* At saltem itane Deus à conspectu absque ullo intervallo amittitur? imò dixi *hunc turbationis & tenebrarum statum qui ad tempus est non carere etiam quamdiu durat placidis illis intervallis per quæ affulgent quidam gratiarum maximè sensibilium splendores non absimiles fulguribus in obscurâ noctis tempestate micantibus quorum nullam superest vestigium. Tunc J. C. non minus quam Deus* p.196. *ipse animæ restituitur.* Hæc apparens J. C. privatio duratne per omnes probationes? minimè. Eam enim in p.195. ultimis, *seu in extremis* probationibus in extremo caliginis excessu colloco.

Ultimus probationum ſtatus diuturnusne eſt, ut Præſules indicant? tantum legendum eſt. *Hæ probationes ſunt tantum ad tempus quo animæ in eis gratiæ fideliores ſunt ut à zelotypo amore omni proprij commodi appetitione purgari ſe ſinant, eo etiam breviores ſunt illæ probationes, plerumque occultâ animarum ſub ſpecioſo prætextu obſiſtentiâ gratiæ, ut mercenario & ſollicito conatu ſenſibilia retineant præſidia quæ vult Deus illi adimere earum probationes tam diuturnæ, tamque acerbæ efficiuntur, neque enim facit Deus ut Creatura patiatur quò fruſtra patiatur.* Probationes igitur in ſe breves ſunt, ſolâ infidelium animarum obſiſtentiâ producuntur. Tunc igitur apparentem Chriſti privationem & ſenſibilis ſolatij ſubſtractionem non probationi ſed ſuæ infidelitati imputent neceſſe eſt. Si breves ſunt probationes, *earum extrema probatio brevior adhuc erit atque huic etiam extremæ probationi* ſunt juxta me *placida intervalla in quibus interveniunt gratiarum maximè ſenſibilium fulgores.* p. 113. p. 74.

4°. Non debent Præſules accuſare me ſupponere privationem Chriſti

diſtinctè viſi qui per fidem præſens ſit exhibitus. Qui me ſic loquentem inducunt, me quoque inducunt excludentem *Chriſti per fidem præſentis effecti conſpectum*, id autem nunquam dixi, iis verbis non uſus fui quum animam *diſtincto ſenſibili & reflexo J. C. conſpectu privari dixi.* De illo per fidem præſenti non locutus fui niſi aliis in locis ubi hanc locutionem
p. 188. adhibeo in uſu omninò contrario illi quem mihi imputant. Dico enim *puram contemplationem admittere omnia objecta quæ nobis pura Fides exhibere poteſt.*
p. 190. Addo *contemplatricem animam ſimplici & amanti conſpectu diverſa hæc intueri ut*
p. 196. *certa & præſentia per Fidem effecta.* Affirmavi extra duos caſus jam expoſitos, *animam vel eminentiſſimam poſſe in actuali contemplatione occupari J. C. qui per Fidem ſit præſens effectus.* Illæ igitur voces *præſens per Fidem effectus* ſolum in meo Libro adhibentur ut admittatur Chriſtus velut contemplationis objectum, non verò ut unquam ab ea excludatur ut id mihi Præſules imponunt; at juxta te, inquient, *extra duos jam expoſitos caſus emi-*

nentissima anima potest in actuali contemplatione occupari Christo qui per Fidem sit præsens effectus. Ergo in iis duobus casibus non occupatur Christo per Fidem præsenti. Facilis est responsio. Eo non occupatur modo sensibili, distincto & reflexo, quia ut dixi jacturam ejus apparentem patitur. Verum etiam in hoc duplici casu Christo semper occupatur reali modo qui nihil sensibile, distinctum & reflexum continet, *Cum non magis Christum quam Deum ipsum à conspectu amittat*, ut in hoc XXVIII. articulo id affirmo, omnes quas in hoc articulo retuli rationes hanc distinctionem probant, ostenduntque ab anima nunquam amitti Christum præsentem per Fidem effectum, cum ejus jactura quam in duobus annotatis casibus patitur, sit tantum apparens, ac proinde minimè realis.

DECLARATIO.

Nec piget distinctam visionem Christi in ipsa contemplationis inter- 33.
valla conjicere, quasi Christum contemplari, sit, ut Beguardi aiebant,

Clemēt. ad nostrum de beret. in prop 8. à puritate & altitudine contemplationis descendere : quibus arguriis ac tergiversationibus excusatio paratur falsis contemplatoribus, qui minùs delectentur Christo, nec ad illum contemplandum sponte prosiliant : à divinis attributis, personisque abstineant : Fidei distinctos actus à contemplatione amoveant, elusis articulis. I. II. III. IV. & XXIV.

RESPONSUM.

Ut horrendo Beguardorum errore jure insimularer mihi mea ipsissima verba essent opponenda. Dixine de Christo non esse cogitandum nisi per ea tantum intervalla quibus contemplatio desinit ? Id nullibi reperietur. Ubinam dixi contemplationem minus esse perfectam cum id objectum videt, quam cum aliud intuetur nullum meorum verborum vel levissimum ea in hoc sensu explicandi prætextum præbet, non solum nihil dixi horum quæ mihi imputantur, sed ea & validissimis rationibus refutare consultò studui. *Dixi hac simplicitate distinctum Christi humanitatis omniumque ejus mysteriorum intuitum non excludi,* *p. 128.*

quia pura contemplatio cum divinitatis ideâ adjunctas etiam alias ideas admittit. Ergo juxta me Jesum Christum contemplari non est à puritate & altitudine contemplationis descendere cum juxta me hoc objectum puræ contemplationis simplicitati competat. Dixi de Christi mysteriis loquendo. *Potest anima in altissimâ contemplatione maxime explicita Fidei actus exercere.* p.190. *Ergo juxta me per hanc maximè explicitam Christi & ejus mysteriorum Fidem* anima *ab altissimâ contemplatione non descendit.* Hâc positâ regulâ veram hujus rationem affero, nimirum *actus esse magis perfectos si ex* p. 183. *parte objecti & philosophico rigore considerentur, cum in Deum qui unum est illimitatum objectum directè & immediatè tendunt, at si ex parte principij moraliter considerentur, sunt æquè perfecti, idest sunt æqualis puritatis ac meriti* cum pro *objectis habent objecta quæ Deus exhibet, quibusque per unam gratiæ impressionem anima occupatur.* Voluntne aliam audire decretoriam rationem quâ errorem quem mihi imputant refutavi? En ipsa; *Beatorum in cælis contemplatio* p. 190.

pure intellectualis distinctè versatur circa universa hæc Salvatoris humanitatis mysteria cujus beneficia ac Trimphos celebrant, quanto minùs distincto horum omnium objectorum intuitu minui poterit imperfectissima viatorum contemplatio. Quâ ratione mortales homines timeant ne de Christo cogitantes ab altissimâ suâ contemplatione excidant, cum Beati de eâ cogitantes à suâ immensùm quantùm perfectione non excidant?

Denique cur dicunt Præsules me distinctam visionem Christi in ipsa contemplationis intervalla conjicere,

p.196. cum ita locutus fuerim. *Anima maximè sublimis in actuali contemplatione J. C. per Fidem præsenti exhibito occupari potest, & per ea temporum intervalla quibus definit contemplatio adhuc Christo occupatur.* Non debebant Prælati ullam mihi quæ in meo libro non occurrerit negativam particulam imputare. Vim hujus vocis *adhuc* sive *etiamnum* sentire debent, nedum vox illa id quod præcedit excludat, ut contra id manifestò confirmet, animum duplici tempore & in actuali contempla-

tione atque *adhuc* in intervallis Christo occupari significat &c. non tantùm dixi animam contemplando, Christo occupari posse, sed addidi eam re verâ occupari. *Quo animæ modo eminentissimo contemplantur easdem de Christo maximè occupari usus ipse edocebit.* Ergo juxta me eas Christi videndi neque satietas, neque fastidium capit quasi de altissimâ contemplatione sic descenderent. *Contrà, eum qualibet hora ut sponsa sponsum alloquuntur plerumque nihil in se præter eum intuentur, in se omnia ejus mysteria vicissim succedentia, omnes ejus mortalis vitæ status altissimè imprimi experiuntur. Verum quidem est Christum in earum cordibus sic fieri quid intimum, ut eum non tam velut extraneum & exterius objectum quam ut interius suæ vitæ principium videre assuescant.* Tandem in falso articulo en tibi quâ ratione damnem eorum errorem qui contenderent *contemplantes animas quoniam ad terminum pervenerunt, J. C. humanitatem qui sola via est distinctè perspicere non jam indigere J. C. carnem jam non esse dignum illis objectum, non jam secundum carnem etiam purâ*

p.196. *p.196.* *p.197.* *p.197. & 198.*

Fide factam præsentem cognoscere.

Qui sic loquitur, dixi, *lapidem angularem subducit, vitam æternam quæ in eo posita est ut cognoscamus Deum verum & quem misit* JESUM-CHRISTUM *Filium, fidelibus extrahit, anti-christus est qui Verbum carnem factum rejiciat. Si Episcopus sic locutus à Beguardorum erroris accusatione non tutus est, nescio quibus verbis suum erga purissimam Fidem zelum ostendere possit.*

DECLARATIO.

34. p 68. 69. 97. 98. 101. In libro scribitur nunquam licitum gratiam prævenire : neque quicquam expectare à se, propriâque industriâ & propriis conatibus.

Quibus dictis totoque Libri articulo xi. Si eâ quâ par est diligentiâ perpendatur, actus liberi arbitrij, qui propria excitatio dicitur corruit ; exscinditur illud Davidicum : *Præoccupemus faciem ejus* : & illud : *Oratio mea præveniet te*: & Augustinianum illud, quo tota Divinæ gratiæ dispensatio nititur : *Nec adjuvari potest nisi qui aliquid sponte conatur.* (De peccat. meri lib. 2. c. 5.)

RESPONSUM.

En novum quo accusor heresis ge-

nus. Quo accuratiùs eam in meo Libro exquiro, eò minùs eam reperio. In eo ſemipelagianorum hæreſis ſita erat ut gratiam præveniendam eſſe affererent. Mea in hoc ſita quod dicam *nunquam licitum gratiam prævenire, neque quicquam expectare à ſe propriâque induſtriâ & propriis conatibus.* Meldenſis Epiſcopus antequam meum librum legiſſet, ſic loquebatur. *Non oportet nos eſſe ſimiles neque Pelagiano qui libero arbitrio gratiam prævenire credit, neque Quietiſta qui ejus operationem in molli otio expectat.* Sed ille Præſul poſtquam meum librum legit vult ut gratia præveniatur, meque arguit qui eam non eſſe præveniendam dixerim. Omnis mea doctrina hac in occaſione ad octo ſequentia capita reducitur. *Inſtr. de ſtatib. orat. p. 451.*

1. *Gratia ſemper prævenit.* p. 96.

2. *Gratiam perpetuò ſequi nos oportet, neque eam prævenire opus eſt.* p. 97.

3. *Qui vult eam prævenire id vult ſibi dare quod nondum dat. Aliquid à ſe ipſo, ſuâque induſtriâ ſeu proprio conatu expectat. Ineſt illi ſubtile, nec perceptibile Semipelagiani zeli reſiduum.* p. 97.

p. 97. 4. *Debemus quidem nos parare ad gratiam accipiendam atque in nos attrahendam. Verum id unâ ipsi gratiæ cooperatione faciendum est, fida præsentis gratiæ cooperatio est efficacissima præparatio ad accipiendam aut attrahendam imminentis temporis gratiam.*

5. Cum gratia non largitur nobis eam quam optaremus dispositionem seu affectionem, non tamen sequitur quod nullam tunc nobis largiatur, nosque otiosos relinquat
p. 99. semper enim prævenit, at anima non debet *anxia & inquieta excitatione gratiam prævenire ne satis non agat, neque nimia cautione eas sibi affectiones tribuere quas gratia tunc non inspirat quoniam alias quæ minus consulantur, minusque percipiuntur inspirat.*

p. 101. 6. *Si per excitationem intelligatur cooperatio totius voluntatis, omniumque animæ virium gratiæ cujuslibet temporis momenti inferendum est de Fide esse, nos sponte quolibet temporis momento esse excitandos, ut omnem nostram gratiam impleamus.*

p. 101. & 1. 2. 7. *Hæc excitatio seu conatus quamvis sit placidus, non idcirco minus est*

efficax, & planè voluntarius. Atque etiam labor est, erga concupiscentiam quam vincit acerbus......usque ad sanguinem peccato resistitur.

8. Activitas *seu imperfecta excitatio* quam amputo, evidenter est actio purè naturalis. Loquendo de passivi- p. 108. tate dico, *actus inquietos & proprij commodi contra actualem gratia suavitatem sollicitos esse excludendos. Addo, passivam animam non esse in absolutâ ullos actus etiam per naturalem conatum producendi impotentiâ* nihil igitur amputo præter *naturales* actus qui contra actualem *attrahentis gratia suavitatem elicerentur.*

Ob quam earum octo propositionum me damnant tres Præsules negantne nos semper à gratiâ præveniri ut det unde impleamus quod jubet, eamque ad quamlibet rectam actionem esse prævenientem, 2°. Voluntne ut eam præveniamus quo eas nobis affectiones tribuamus quas gratia nondum tribuit? creduntne boni operis initium oriri *à propriâ nostrâ industriâ proprioque conatu ut incipiamus quod nondum dat gratia*?

3°. Negantne prævenire gratiam, *eas esse sibi affectiones tribuere quas hoc temporis articulo non inspirat?* Aliquem prævenire nonne est præ ipso, seu ante ipsum agere? dicentne posse eam ipsam quæ nos prævenit, gratiam à nobis præveniri? possumusne quid boni incipere antequam hæc gratia advenerit. 4°. Negabuntne solam gratiæ in improprio sensu præveniendæ rationem esse ad futuram gratiam nos parare per præsentem gratiam quæ nos actu prævenit! 5°. Negabuntne quum gratia ad aliquam affectionem nos non attrahit aliam interim nobis tribuere, neque nos vacuos relinquere. 6°. Negabuntne omnem utilem excitationem reduci ad cooperationem totius voluntatis, omniumque animæ virium gratiæ cujuslibet temporis momenti? 7°. Voluntne aliquid præter acerbum adversus concupiscentiam quam vincimus laborem, & usque ad sanguinem adversus peccatum obsistentiam. 8°. Petuntne actus naturales *proprij commodi* appetentes contra actualem attrahentis gratiæ suavitatem pro-

ductos ? ſi quid ultra meas expreſſas voces poſtulent, id præciſè indicent. Ut quis non ſit Quietiſta & Deum non tentet, *illinc erit aliquid à ſe ipſo expectandum ut eas ſibi tribuat affectiones quas hoc temporis momento gratia non inſpirat?* Illinc ut Quietiſmi ſcopulos vi[illegible] in ſemipelagianiſmi voraginem erit incidendum. Voluntne Davidem dixiſſe oratione noſtrâ realiter *prævenuri* gratiam ad eas affectiones quas *illis momentis gratia non inſpirat?* voluntne Auguſtinum dixiſſe, *neminem à Deo adjuvari poſſe niſi qui aliquid ſponte conatur* ad eas ſibi affectiones tribuendas *quas gratia his momentis ei non inſpirat* quoniam alias quæ minus conſolantur, minuſque percipiuntur, inſpirat! quomodo illud ſponte Auguſtinianum intelligunt ? quid ex eo inferre intendunt ? ſi volunt eo tantùm ſignificari cooperationem totius voluntatis, omniumque animæ virium gratiæ cujuſlibet momenti, & ſi hanc cooperationem volunt nominare *ſuaves & voluntarios conatus*, ut eam vocat *Meldenſis* Epiſcopus, id unum agent, meorum verborum qui- *p.450.*

bus contradicere ſtudent, genuinum ſenſum repetent. Sin autem *illo ſponte* velint ſignificari liberi arbitrij conatum qui gratiam abſolutè præveniat, & qui proinde ab ea non oriatur Auguſtinum Auguſtino opponunt ut quos ille peſſumdedit ſemipelagianos, ipſi erigant.

Quum vult Auguſtinus ut Deum quæramus, nonne vult ut eum ideo quæramus quod ipſe nos primus & quæſierit & invitaverit, & eum ſpecie tenus præveniamus, quia jam nos realiter ipſe prævenit. Non igitur poſſumus Deum aliter prævenire quam ejus prævenienti gratiæ cooperando, quod accuratè loquendo eſt nunquam ipſum prævenire. Nemo autem me ipſo fortiùs hânc præventionis ſpeciem admiſit. Sed petere anxium conatum quo anima ſuavis illas affectiones *quas gratia non inſpirat* ſibi tribuat; exigere hoc præventionis genus ut eam de quâ David & Auguſtinus loquuntur, eſt ipſis ſemipelagianiſmum imputare. Quod attinet ad Catholicum gratiæ præveniendæ modum, ſic eum ex-

posui, *debemus quidem nos parare ad gratiam accipiendam atque in nos attrahendam. Verum id una gratia cooperatione faciendum est.* p. 97.
Fida præsentis temporis gratiæ cooperatio est efficacissima præparatio ad accipiendam aut attrahendam imminentis temporis gratiam. p. 97.
Voluntne tres Præsules ut se anima ad futuri momenti gratiam præparet aliquo conatu qui non sit cooperatio alij gratiæ jam præsenti longissime absunt ab eâ veritate, quam assero, negandâ, me tamen quod eam asseruerim culpare videntur. Voluntne nunquam animam in otio atque reali otio torpescere, meus liber eò usque progreditur ut damnet *eos qui posse animam extra præcepti aut consilij casum in absoluto otio & cujuslibet interioris actûs plane vacuo jacere affirmarent.* 236.
Voluntne ut anima gratiam in molli otio nunquam expectet, eamque ad quamlibet actionem semper prævenientem supponat? Dixi *gratiâ animas ad quamlibet deliberatam actionem præveniri, eam gratiam quâ interius spirat Dei spiritus quâlibet occasione iis afflare, eam inspirationem justis omnibus* 67.

communem & quâ nullâ in re ab omni scriptæ legis vi unquam eximantur. Voluntne ut nunquam remittatur anima prætextu quod gratiæ allicientis suavitatem, neque sentiat, neque discernat? nunquam dixi animæ expectandum esse donec hanc suavitatem sentiisset aut discrevisset: contra nihil præter Fidei obscuritatem & gratiam justis omnibus communem requiro. Activitatem vero seu interiorem sollicitudinem ideò tantum amputo ne animæ sibi quærant affectiones *quæ magis percipiantur, sentiantur, consolentur quam gratia id à nobis*
p.101. *postulet.* In his obscuræ Fidei statibus volo gratiæ attrahentis suavitatem non majori perspicuitate ab animabus quam à justorum vulgo discerni. Voluntne tres Prælati ut diversas inter affectiones quas gratia nunquam simul tribuit, & quas per vices, modo hanc, modo aliam nobis inspirat *enitamur propriâ industriâ, ac sollicito conatu eas nobis impertiri. affectiones quas hoc temporis articulo nobis minimè inspirat gratia*, quoniam aliàs minùs suaves, minusque perceptibiles nobis

inſpirat. Hanc audire doctrinam nequeo. Voluntne hoc ſenſu gratia præveniatur & anima cum unam gratiæ ſuavitatem ſequi deberet, agitetur, diſſipetur, conſumatur ut ſpiritum qui ubi vult & cum vult ſpirat in ſe & ſuo modo attrahat? voluntne ſe anima impediat, inquietet, excitet intempeſtivâ motione quæ gratiam p.98. præveniendo..... ejus cooperationem interturbaret, debilitaret, moraretur nedum faciliorem aut perfectiorem efficeret. Contenduntne Quietiſtam habendum eſſe *quicumque mercenarij motivi ſollicitudinem rejecerit ne gratiæ operationem debilitet & ut gratia liberrimè agat?* nonne in noſtro 12. articulo una diximus. *His quibus omnes tenentur ſupradictis actibus intelligi non debent.... inquieti & ſolliciti actus, ſed actus ſincero animo producti ſanctâ omni manſuetudine ac tranquillitate quam Dei ſpiritus inſpirat.* Eſtne hujus generis actuum excitatio quæ ad gratiam animam præveniret, & eas ſibi tribueret affectiones quas nondum tribuit, quaſque hoc temporis momento non inſpirat? vo-

ſuntne aliquem addi conatum ei ex-
p. 101. citationi quam *de Fide neceſſariam quolibet momento eſſe agnoſco ut noſtram omnem gratiam impleamus.* Si per excitationem intelligatur *cooperatio totius voluntatis, omniumque animæ virium, gratiæ cujuſque momenti.* Deniquè hi tres Prælati ad excitationem aliudne aliquid requirunt præter plenam hanc & efficacem cooperationem,
p. 101. *cum acerbo dolore quo & concupiſcentia vincatur, & uſque ad ſanguinem adverſus peccatum pugnetur.* Ergone Pelagiano qui gratiam libero arbitrio prævenire credit & Quietiſtæ qui hujus operationem in molli otio expectat, ſimilis eſſem. Jure affirmavi
p. 98. *omnia ad fidelem totius voluntatis omniumque animæ virium gratiæ cujuſlibet momenti cooperationem reduci*, & quidquid huic cooperationi in omni ſuâ extenſione ſic acceptæ adderetur, nihil aliud fore quam inconſultum ac temerarium ſtudium, inquietus & ſollicitus animæ conatus, &c. denique gratiam quæ ſemper prævenit perpetuò & omnibus animæ viribus, & quolibet temporis momento eſſe

sequendam, non autem præveniendâ, idest non esse conandum id nobis tribuere quod illa nondum tribuit. Meritò quis mirabitur quod in materiâ adeo perspicuâ tot molestas repetitiones ingeram, at stupenda virorum tanti nominis, tantæque authoritatis objectio earum necessitatem satis superque probat.

DECLARATIO.

Evertitur quoque solemnis distin-
ctio virorum spiritualium unanimi 35.
consensu secernentium actus proprij conatûs, propriæque industriæ ab actibus infusis ac motibus, sine conatu proprio Deo agente & impellente, impressis: quæ & alia eiusmodi partim evertunt, partim obscurant articulos xi. xxv. & xxvi.

RESPONSUM.

Quantùm ad distinctionem gratiarum purè gratuitarum & infusarum quæ nobis sine nobis inesse possunt, ab iis quæ gratum facientes vocantur & quæ in nobis non agunt nisi cum nostrâ cooperatione, distinctionem; illam neque everti, neque ullâ in

te evertere potui, eam enim materiam non tractavi; Agnosco gratias quibus concurrere nostris omnibus viribus debemus, tales sunt gratiæ viæ puræ Fidei de quibus modo locutus fui. Agnosco etiam gratias purè gratuitas & infusas quæ in nobis sine nobis esse possunt. Si hoc gratiarum genus ut significant Præsules negassem & si universas gratias reduxissem ad eas quæ gratum facientes vocantur, & quæ nostram cooperationem exigunt, multum abessem ab approbando Quietistarum otio omni actionis vacuo, ut me hujus simul insimulant. Ut id repetam gratias purè gratuitas atque infusas agnosco, sed passivum statum in hoc gratiarum genere non pono eos qui gratiam hujus quod à mysticis *passivitas* dicta est in hoc gratiarum genere statuunt errare arbitror, in eoque Mysticis multò minùs quam Meldensis Episcopus, tribuo. Nemone passivitatis gratiam esse gratiam gratum facientem potest credere quin simul neget aliud hoc gratiæ genus quam purè gratuitam nuncupant?

DECLARATIO.

In iisdem articulis rejicitur absurdissimus & omnibus scripturis, Patribusque inauditus continuus actus à Quietistis invectus in perfectionis statum : quem actum author in Libro Epistolaque respuit. Cæterum in idem incommodum rursus impingit ipso nomine uniformitatis tam placidæ, tam æquabilis, tam nullo succussu, nullo conspicuo discrimine, ut aliis nullus actus ; aliis toto vitæ decursu unus idemque continuus actus esse videatur. 36. 34. art. 19.

RESPONSUM.

Tantum legere est quæ de nostrorum actuum essentialiter sibi invicem succedentium & transeuntium naturâ dixi, ut animadvertatur quantum de continuo & permanente actu qui iterari non indiget, doctrina stulta sit & portentosâ. Neque etiam à me ipso ut Prælati contendunt, dixi *placidos & æquabiles* perfectarum animarum actus efficere ut eorum distinctio percipi nequeat. Saltem id non dixi nisi de purissimæ contemplationis actibus cum sancti Anthonij p. 179. 180. 181. 182. 183. & 184.

verba ex Caſſiano deprompta, & S. Franciſci Saleſij locum alia tempora ſpectantem referrem. Factum certiſſimum ſolum retuli, p.202. Nimirum S. Franciſcum Aſſiſienſem in magno Cantico dixiſſe ſe nullum actum exercere. Alios ut Gregorium Lopezium ſe à multis annis unicum actum abſque intermiſſione producere. Non ergo ut doctrinæ caput hos actus videri unum tantum producere retuli. Sed id quod re verâ geſtum eſt quodque eruditus Lector negare non poteſt hiſtoricè enarravi, eo tantùm animo ut ab errore temerarios & imperitos revocarem myſticos qui ex hoc facto authoritatem ſibi conciliarent ad probandum permanentem actum qui illuſionis cumulus & perniciofiſſima ineptia eſt.

p.59. Verum quidem eſt me ab ordinariâ perfectorum viâ excluſiſſe quaſi ſuccuſſos motus *quos mercenariæ animæ exquirunt ut intempeſtivè eas ſibi tribuant affectiones quas hoc temporis*
p.101. *momento illis gratia non inſpirat quoniam alias minus ſuaves, minuſque perceptibiles*

ceptibiles inspirat, vel ut sensibiles bonas impressiones jam præteritas revocent, aut illi correspondeant comparatione magis sensibili & magis designata quam à nobis exigat. Sed contenduntne absque his sollicitis succussibus distinctos actus nunquam produci posse? Constat quidem in actuali contemplatione passivâ, actus esse adeo placidos, *adeoque æquabiles* ut imperiti actuum cessationem ibi esse imaginentur, quia nullos præter discursivos actus agnoscunt. Unde hæc contemplatio potentiarum ligamen, quietudo, silentij oratio fuit nuncupata. Tunc facile arbitratur anima se tantum coram Deo stare, ipsum audire, quiescere, suam omnem operationem suspendere, & suis facultatibus silentium imperare. Hac etiam locutione usus fuit Augustinus cum ait. *Venimus in mentes nostras & transcendimus eas, ipsa sibi*, inquit, *anima sileat & transeat se,* se non cogitando ab hac contemplatione, *excludit omnes imaginarias revelationes, omnem linguam, omne signum & quidquid transeundo fit, omnes alias visiones quas longe imparis ge-* Confess. l. 9. c. 10. p. 146.

neris esse declarat. Omnes illæ voces summo rigore acceptæ omnimodam cujuslibet percepti actûs suppressionem importarent. Nihil tamen juxta hunc Patrem significant nisi sensibilium actuum suppressionem operatione maximè quidem subtili, simplici, placidâ, sed maximè reali. Hæc vocabula ligaminis, silentij, quietis à contemplantibus animabus adhibita sunt, ut id quod expertæ fuerunt, nimirum hanc adeo subtilem, adeoque parum perceptibilem simplicis, directi, placidi & æquabilis amoris operationem, exprimerent. Illud ipsum Mater de Chantalio S. Franciscum Salesium alloquens sic exprimebat, Carissime Pater, *hanc abnegationem, suavemque fiduciam non jam sentio, neque ullos actus hujus elicere possum. Hæ tamen affectiones mihi & solidiores & firmiores quam unquam fuere, in esse videntur, mea mens in summo suo apice est simplicissima unitas, cum enim unionis actus vult producere (id autem quam sæpissimè tentat) conatum sentit, perspicuéque videt oportere non ut se uniat; sed unita maneat. Anima hanc vellet adhi-*

Vita Matris de Chãtalio p 535. & 536. Edit. Paris. Vigetij 1653.

bere unionem ad matutinum exercitium & Missæ sacrificium, ad sanctæ Communionis præparationem atque ad gratiarum actionem di[...] singulis be[...]s, denique ad omnia, &c. Dic mihi dilectissime Pater, *utrum hoc Deo pro omnibus supradictis actibus satisfacere possit.* Beatus ei respondit, *Joanni adolescenti similis es, dum cæteri de mensâ Domini varios cibos multis considerationibus & piis meditationibus degustant; tu in sacrum pectus recumbens suavem interim somnum carpis, & quod ultimum tibi suadeo, ab hac via ne unquam divertaris.* En illa occupatio adeò placida & æquabilis ut non actuum series, sed unicus permanens actus aut actuum cessatio animæ esse videatur. *En quies illa in qua credit anima non oportere ut se uniat, sed ut unita maneat*, & in qua Mater de Chantalio se nullo succussu quo se uniret movebat, non jam juxta has animas est unio sed simplex unitas. *Quum unionis actus producere volunt conatum sentiunt & perspicue vident non oportere ut se uniant, sed unitæ maneant.* Idem Salesius de hac quiete loquitur, neque ulla fere vocabula reperire po- *Am. Dei l. 9.*

c. 15. p. 504. test quibus hujus quod in animâ agitur subtilitatem exprimat. Statim proponit has voces, *acceptare & recipere* quæ juxta cum passivam actionem significant. Sed eas ut & hanc *permittere* rejicit, quia, inquit, *nihilominus est velle otiosum, quod quidem nihil vult agere, sed vult tamen sinere ut quid agatur.* Concludit adhibendam hanc vocem generalem & simplicem, *expectationem, quia expectare non est facere aut agere, sed tantum alicui eventui objici.* Idem Sanctus nobis tres diversos actus in oratione quietis exhibet, En primum genus. Aliàs, inquit, *fit* Am. Dei l. 7. c. 1. p. 358. *oratio non repetitis ejaculationibus sed per modum continuæ & insensibilis pressionis.* En contextura actuum placidorum & absque succussu qui eorum repetitionem denotet. Secundi actus sunt hujusmodi, *quandoque fit unio simplici obsequentiâ, nos Divinæ bonitati citra resistentiam uniri permittendo.* Hi actus sunt etiam magis simplices & æquabiles. En ultimi qui minùs percipiuntur. *Quandoque hæc unio fit modo ita insensibili ut cor nostrum neque Divinam operationem neque nostram coopera-*

tionem sentiat, sed solam [illegible]nem modo L. 7. c.
insensibili factam reperiat. Nonne erat 2. p. 362.
quod timerem ne imprudentes Mystici his locutionibus abuterentur ad approbandum sub nomine permanentis actus verum otium? Cum de viis interioribus systema componerem, dissimulandumne erat factum tanti momenti & tacendæ hæ sanctorum voces quarum verus sensus adeò est pretiosus, & quarum falsus adeò esset periculosus? Eas referendo poteramne sensu illusioni magis opposito illas explicare quam quo eas explicui? hinc declaro omnem actum esse *transeuntem* & mo- p. 101.
mentaneum, sicque catenus tantum eum subsistere quatenus iteratur. *Inde profiteor de Fide esse nos quoque temporis momento esse excitandos, ut omnem nostram gratiam impleamus, idest ut plena voluntate & omnibus animæ viribus gratiæ cujusque momenti cooperemur. Addo extra actualem contemplationem distinctos omnium virtutum actûs in omni statu esse producendos* oportere *ut gratiæ cooperatio sit concupiscentiæ quam vincit acerba, adversus peccatum usque ad*

ſanguinem eſſe pugnandum. Poſtremo *ſolam eſſe amputandam inquietam & ſollicitam excitationem quâ vellet anima gratiam prævenire, & ſenſibiles ejus præteritas impreſſiones revocare, aut illi reſpondere cooperatione magis ſenſibili & magis deſignatâ quam exigatur.*

Vultne Author qui ſic loquitur unicum & permanentem actum inducere, & realem actuum diſtinctionem amovere? Certè actus *quoque temporis momento* plenâ voluntate & *omnibus animæ viribus* producti, actus ab omnibus virtutum ſpeciebus, ut opus eſt, eliciti, ac proindè ſuâ ſpecie perſpicuè diſtincti, *actus concupiſcentiæ quam vincunt acerbi & quibus ad ſanguinem uſque adverſus peccatum pugnatur*, eſſene unquam poſſunt otium & quoddam interius vacuum.

p. 183. Itaque declaravi contrariam hanc doctrinam *deliramenta proferre non minus Philoſophiæ principiis adverſantia, quam ſecundum Religionis normam portentoſa.* Si quis autem ea quæ Meldenſis Epiſcopus de Matre Rozettâ dixit, cum iis quæ à me dicta ſunt conferre voluerit, ejus Epiſcopi verba

legat. Hæc ſunt : *ut in ejus corde pia* *Inſtr.*
mille deſideria oboriebantur non ſibi dato *lib. 3.*
iis immorandi ſolatio , ea in magnum *p. 322.*
ſuum conferebat abnegationis actum quo ſingula tam accurate fuerant ſpecificata, ſic quodam ſenſu unicum actum exercebat, ſimulque centum varios producebat. Ita Meldenſis Epiſcopus in Matre Rozettâ *quam gratiæ & ſanctitatis miraculum nuncupat*, *Fidei, Spei & Caritatis actus* deprehendit generali eos omnes *in magno abnegationis actu* concludendi propoſito. Ego autem hullâ habitâ ratione de magno illo abnegationis actu quem Meldenſis Epiſcopus unicum eſſe actum uno ſenſu agnoſcit , diſtinctos quidem ſed placidos omnium virtutum actus perpetuò exigo.

DECLARATIO.

Denique illud imprimis noſtris 37.
articulis cautum erat , ne, quod om- 34 *art.*
nes contemplativi ac ſpirituales viri 22. 23.
uno ore rejiciunt, Chriſtiana perfe- 29.
ctio & ſanctitas aut purificatio, aut omnino interior ſtatus in oratione paſſivâ ſeu quietis , aliiſque extraordinariis reponeretur. At contrà in

eo totus versatur liber, ut eadem
Avert. oratio, ipsaque contemplatio in pu-
p 16.23. rissimo amore consistat qui non mo-
Lib. do sit per se justificans atque purifi-
*p.*64. cans, verùm etiam consummans at-
203. que perficiens, ac proindè summa
261. perfectionis Christianæ.
263.
271.

RESPONSUM.

Jure articulis 22. & 23. Issiacis diximus perfectionem in extraordinariis orationibus non esse reponendam. Magnum est hac in materiâ discrimen inter orationis exercitium & amorem. Animæ perfectio in ipsius quidem amore, non autem in quodam orationis exercitio consistere debet. Manifestum est ex meâ Pastorali Epistolâ amoris perfectionem à Patribus esse positam in gratuitâ liberalitate filiorum quibus nihil servile ac mercenarium jam supersit. De oratione autem aliter omninò ratiocinandum est. In quonam mei Libri loco tres Præsules Christianam perfectionem in passivâ oratione aut quietis à me repositam fuisse legerunt?

1°. Nonne sciunt passivam ora-

tionem juxta me non eam esse quam probare volunt? nonne etiam de passivâ mei Libri oratione differendo, eam accipere deberent eodem sensu quo eam explico, non vero secundum eorum systema, quod à meo omninò est alienum.

2°. Nonne sciunt me sæpius asserere contemplationem, atque ipsum hujus quod vocatur oratio, exercitium nunquam esse tantæ diuturnitatis, quantæ purus amor, cum purus amor in distincto quotidianarum virtutum exercitio reperiatur, licet particulare orationis & maximè contemplationis exercitium in iis desinat. Prætereà qui genus orationis dicit, particulare exercitium dicit. Constat autem amoris perfectionem in nullo particulari præcise esse positam. Potest Deus ut ei visum fuerit quolibet exercitio & quâlibet praxi animam perficere, quin etiam independenter ab iis exercitiis animam si vellet repente perficeret. Verum id quod Mystici *passivitatem* aut passivam affectionem dixére, distinguendum

est à contemplatione passivâ, multoque magis ab Extaticis impressionibus quæ animabus in actuali contemplatione contingere possunt, & quæ à Meldensi Episcopo cum passivitate confunduntur. Contemplatio exercitium est quod plerumque solis perfectis convenit. *Vita enim contemplativa non ad omnia amorum genera, sed ad perfectum attinet*, ut Cardinalis Daillius affirmavit in opere quod hac de materiâ edidit. Potest tamen Deus animabus etiamnum imperfectis contemplationem impertiri. Extaticæ impressiones quæ contemplationem passivam sæpè comitatæ sunt, inesse possunt imperfectæ animæ & in statu peccati adhuc degenti ut à Prophetis peccatoribus futura prædicta vidimus. Sed passivitas quæ non est nisi perfectissima gratiæ puri amoris cooperatio est proculdubio Christianismi perfectio. Ex tuo principio inquiunt, sequitur omnes Christianos ad passivam contemplationem vocari, nequaquam, ad passivitatem cuncti eâ generali vocatione quâ ad perfectionem omnes invitantur, non autem

Cōpend. contēp. p. 79.

ad contemplationem passivam omnes vocabuntur. Potest quis esse passivus, nec tamen contemplari, potest etiam quis contemplari, nec tamen esse passivus, esse passivum nihil aliud est quam activitatem, ideſt inquietos & sollicitos *proprij commodi* actus amputare. Hæc activitas in meo libro evidenter est naturalis sollicitudo; dico enim, *difficultatem quam anima pura experiretur in inquietis & reflexis actibus in proprium commodum contra actualem allicientis gratiæ suavitatem eliciendis non esse confundendam cum absolutâ, ullos actus etiam per naturæ conatum producendi impotentiâ.* Amputare ergo activitatem non est nisi in proprium commodum *naturalem conatum* amputare, *contra actualem allicientis gratiæ suavitatem.* Perfecti naturalem illum mercenariæ juxta Patres sollicitudinis conatum amputant. Ergo omnes filij perfecti juxta Patres sunt plerumque passivi, cum jam non sint activi seu sollicitì & mercenarij. Præterea magni interest hoc placitum attentè perpendere. *Ad perfectionem omnes vocantur.* Omnes quidem ad

p 108.

eam generatim vocantur, ſed tam multos inter vocatos pauci ſunt electi. Omnes ſpeciali electione non vocantur. Deus omnes ſanctos ad eoſdem gratiæ & gloriæ gradus non deſtinat, *multæ ſunt in Domo Patris Cæleſtis manſiones*. Chriſtiani omnes ad eumdem perfectionis & amoris gradum non æqualiter vocantur. Illi ipſi qui vocati ſunt ut ad eoſdem perfectionis gradus deinceps evehantur, non ſunt in præſentia æque ac alij parati ad eumdem fructum ex iiſdem documentis & exercitiis percipiendum.

DECLARATIO.

18. Quâ in re multum errat, & non tantum à ſpiritualibus viris, verum etiam à ſe ipſo diſcrepat: à ſpiritualibus quidem, qui ſanctâ Thereſiâ duce, Joanne à Jeſu interprete, Jacobo Alvare Paz aſſeclâ, ſancto etiam Franciſco aſſentiente, aliiſque permultis, docent, aut ſine oratione quietis ad perfectionem poſſe pertingi, aut eamdem orationem ad illa Chariſmata pertinere quæ gratiis gratis datis ſimillima videantur, aut

S. Ther. Chat. 6. den. c. 9. 7. den. c. 4. Jo. n. à Jeſu M. ter. 2. Theol. myſt. c. 3 Jac. Al. Paz. t. 3 de [illegible] r. tenp.

nedum perficiens ſit atque conſummans ne quidem juſtificantem eſſe ; quippe quæ cum peccato mortali poſſit conſiſtere.

perf. l. 5. part. 1. appa. 2. c. 9. S. Fran. Sal. ent. 2. Gerſ. de Eluc. Sch. myſt. Theol. conſid. 7

RESPONSUM.

Præſules contemplationem ſemper cum paſſivitate confundunt. Contemplatio licet eminentiſſima, nunquam eſt perfectio. Paſſivitas autem quæ nihil eſt aliud quam perfectiſſimæ gratiæ cooperatio, eſt ipſa perfectio. Præterea cum Extaticis impreſſionibus quæ in paſſivo ſtatu intervenire poſſunt paſſivitatem confundunt. Status paſſivus non eſt niſi amputatio activitatis ſeu inquietorum & ſollicitorum naturalis amoris actuum quos XII. articulo Iſſiaco excluſimus. *Status eſt in quo actus corde ſincero concipiuntur eâ omni ſanctâ manſuetudine ac tranquillitate quam Dei ſpiritus inſpirat.* En ſimplices placidi & æquabiles actus de quibus locutus fui. Ergo 3. Præſules paſſivum ſtatum hoc ſenſu acceptum agnoverunt, unumque eum ſenſum intellexi quando cum eis ſubſcripſi non poſſe abſque inſigni temeritate paſ-

ſivam orationem haberi ſuſpectam.

Si aliam paſſivam orationem ſtatuere velint, *eam poſſe abſque inſigni temeritate haberi ſuſpectam arbitror.* Neceſſe eſt ſe multò longiùs me ipſo progredi fateantur, & à me Myſticis multò minùs quam ab ipſis concedi. Si erro, nimia erro circumſpectione, nimiâ cautione, ſin errent illuſioni magis me patent. Aliàs ſpeciali diſſertatione probabo authores quos citant, ejuſdem cum eis non eſſe opinionis. At ſaltem ij Præſules admiſſam à me paſſivitatem admittunt cum excludant inquietos & ſollicitos actus qui niſi naturales eſſe poſſunt, agnoſcuntque ſtatum *in quo actus ſincero animo concipiantur omni ea manſuetudine ac tranquillitate quam Dei ſpiritus inſpirat.* Quantum ad eorum paſſivitatem declaro mihi periculoſiorem videri quam ut eam admittam. Puræ fidei obſcuritati adverſatur, Beati Joannis à Cruce doctrinam evertit, in animâ liberum arbitrium ſuſpendit, eique indefinitam affert impotentiam quæ cum ſit ex

miraculo, animas saltem frequentissimis occasionibus à consuetis exercitiis eximit & quæ cum sint immediatæ impressiones Dei *supremo brachio agentis*, ut loquitur Meldensis Episcopus, absque ullo remedio omnem Pastorum directionem supereminent. Ego verò nostris articulis Issiacis subscribendo nunquam intendi esse insigni temeritate incusandos qui suspectam haberent passivitatem quæ non obstante quolibet temperamento miraculosa est inspiratio, quæ liberi arbitrij usum indefinitè adimit, & quæ in quibusdam animabus ut de Matribus de Chantalio & Rosetiâ Meldensis Episcopus affirmat, status est maximè ordinarius. *Instr. à p.218 ad pag. 222.*

DECLARATIO.

A seipso autem dissentit quod passim statuat Christianam perfectionem eâ in oratione esse positam, quæ nihil sit aliud quam amor purissimus, & tamen simul doceat plerasque pias animas, atque eos etiam qui singulari titulo sancti appellentur, ad illud orationis genus, adeoque ad perfec- 39. *Aver.p. 3 & 4. liv.p.34 35.168. 261.*

tionem pervenire non posse cum iis desit lumen interius & gratiæ trahentis beneficium.

RESPONSUM.

Volunt me à me ipso dissentire quod statuam perfectionem in purissimo amore esse positam, & simul doceam plerasque pias animas, atque eos etiam qui singulari titulo sancti appellentur, ad illud orationis genus nunquam pervenire posse, cum eis desit lumen interius & gratiæ trahentis beneficium.

Sed cur tanto studio ab iis semper confunduntur perfectio & perfectionis exercitia, purus amor & oratio quâ purus ille amor sæpè exercetur? Perfectio est purus amor, at potest haberi perfectio, passivâ contemplatione non habitâ, hæc enim contemplatio non est unicum puri amoris exercitium.

Sæpissimè dixi in distinctarum virtutum actibus, æque ac in actuali contemplatione purum amorem exerceri. Dixi *hujus gradus animam secundum regulam sanctæ indifferentiæ, quæ procul dubio purissimus amor est, æque li-*

benter incipientium instar meditaturam atque instar Cherubinorum contemplaturam. En meditatio quæ juxta me potest esse purissimi amoris exercitium, quamvis Contemplatio huic perfecto amori magis plerumque conveniat. Non ergo mirum est plurimos sanctos juxta meum systema, neque hoc orationis genere, neque suavitate & lumine quo ad illud pervenirent, quamvis amoris perfectionem attigerint, fuisse præditos. Præterea cur à me dictum volunt quod neque dixi neque innui? De amore proprij commodi appetente, seu de amore Justorum qui a Patribus mercenarij vocantur dixi, *ille amor ingentem per omnes ætates sanctorum numerum peperit, & pleræque sanctæ animæ nunquam ferè gratuiti amoris perfectionem attingunt.* p. 34.
Dixi etiam de meditatione *singulis ætatibus ingentem Sanctorum multitudinem peperit.* Nunquam autem dixi hos p. 168.
Sanctos solemniter in album Sanctorum ab Ecclesiâ fuisse relatos, ut Præsules iis verbis innuere vellent *eos etiã qui singulari titulo Sancti appellentur.* Atque ut Meldensis Episcopus hujus

me expreſſo inſimulavit notis ſuis manuſcriptis quas penes me aſſervo, verba mea attentè relegantur, nihil in eis animadvertetur quo Sancti ab Eccleſia numero Beatorum adſcripti deſignentur. Quotidie loquimur de Sanctis qui in cælo verſantur, licet de illis qui ſolemni ritu Sanctorum Choro annumerati ſunt deſignandis non cogitemus, amentem me eſſe oporteret ſi vellem & mortuorum per omnes ætates Sanctorum corda intima ſcrutari & decernere ingentem eſſe multitudinem Sanctorum qui in 2°. gradu mercenariorum juſtorum remanſerint, atque ad tertium qui à Patribus annotatur gradum ſeu gratuitorum filiorum nondum pervenerint. Generatim eſt cur ſupponamus has electas animas eminentiſſimo amore fuiſſe præditas, nec ſine inſigni & peſſimi exempli temeritate quis aſſereret magnum eorum numerum ad extremum vitæ ſpiritum non fuiſſe niſi in ſecundo ordine juſtorum, qui proprij commodi appetentes, ſeu mercenarij à Patribus nuncupati ſunt.

Adhuc aufferenda eſt quæ mihi de Contemplationis gratiâ objicitur difficultas. Contemplationis vel maximè paſſivæ gratiam, cum nullum miraculoſum ſeu extraordinarium donum includat, eo ſenſu in genere ordinariarum gratiarum eſſe arbitror; cum tamen contemplatio ſit gratia deſtinata ad exercitium quod juxta Patres ipſa meditatione ſit perfectius, & quod ad perfectiſſimas animas pertineat: hæc gratia quamvis non ſit extraordinaria, ideſt ex miraculo, eſt nihilominus & rarior & major quam ſit meditatio. Poſſet etiam Deus eam quibuſdam perfectis non impertiri, eoſque ad purum amorem abſque particulari illo, quod contemplatio dicitur, exercitio evehere.

DECLARATIO.

Hinc etiam aſſerit hanc de puro amore doctrinam, quantumvis in 40.
eâ Evangelij abſoluta perfectio collocetur, ejuſque ſit teſtis univerſa traditio, arcanum eſſe quoddam non *ibid.*
tantùm Chriſtianorum vulgo, ſed etiam pleriſque Sanctis, occultan-

dum atque ideò totum Directoris officium eo contineri, ut rem relinquat Deo, expectetque unctionem quæ cor aperiat: quasi verbum Evangelij purè amaturos adjuvare non debeat, aut ipsa unctio verbum salutis excludat.

RESPONSUM.

p. 161. Dixi, *Pastores & omnium temporum Sanctos quodam dispensationis & arcani genere usos fuisse ut de arduis probationibus & altissimo puri amoris exercitio apud eas tantùm animas loquerentur quas ad hunc amorem jam Deus gratiæ suavitate & lumine allexerat.*

Nonne S.Gregorium Naz.& Chrysostomum videmus, cum explicant S. Pauli votum quo anathema pro fratribus esse optabat, affirmare se loquendo de tali amore aliquid ausuros, atque ad eum ut ad doctrinam quam raro auscultent suos parare auditores. Nonne Chrysostomus addit *arcanam & novam esse dilectionem, quæ dicturus sit & nova & incredibilia videri, quam*, inquit, *nequidem animo complecti possumus, cum procul ab hoc amore absimus*. Doctrinam ab ho-

minibus impugnatam, *quos lumbricos in fimo latitantes vocat*, quos tantumdem hunc amorem *ignorare dicit quantum cæci radium solarem.* Hæc Chrysostomus prædicabat sui temporis Christianis, qui nostræ ætatis Christianis perfectione tantopere antecellebant.

Cassianus dicebat, etiam Monachos à quibus sublimes illas puri amoris & contemplationis, quam continuam vocat ad exprimendum firmum ejus habitum, exercitationes acceperat, affirmare *hæc se ut antiquissimorum Patrum tradita acceperant*; ita *à se quoque non nisi rarissimis ac verè sitientibus intimari. Quæ sicut nobis à paucis qui antiquissimi erant tradita est, ita à nobis quoque non nisi rarissimis ac verè sitientibus intimatur.*

Nihil dixi quod cum his Gersonis verbis comparari possit. *Sicut multis qui clerici sunt, vel Litterati aut sapientes, vel Philosophi aut Theologi occultandus est sermo de Theologiâ mysticâ, sic pluribus illiteratis & simplicibus fidelibus tamen tradi potest.* *De Myst. Theol. part.5. consid.3*

Richardus à sancto Victore eodem

de Gradib. c. art. 6. 40. ſenſu loquitur, cum ait, *Hæc autem pauca ſuſcipiat Charitas tua, ut cum à te perlecta fuerint nulli tranſcribendas concedas, niſi quibus ad ædificationem animæ talia crederis expedire, noſti enim quam proni ſint quidam ſimplicia dicta conſpuere his ſolum intenti quæ quæſtiones verborum generant, quarum nullus eſt finis & fructus modicus.*

Animadvertite me de nullo Dogmate arcanum exigere, atque à me omnem arcanam traditionem quâdam deteſtatione damnatam p. 263. Volo igitur puri amoris dogma in omni ſuâ ſignificatione acceptum eſſe in unicâ, publicâ & univerſali traditione, ſed arbitror de arduis probationibus & altiſſimo puri amoris exercitio iis tantum animabus loquendum eſſe quas ad hunc amorem jam Deus gratiæ ſuavitate ita paraverit, ut hinc fructum capere poſſint. Nunc judicet Lector quantum ea quæ mihi imputantur verba à meis vocibus differant. A me dictum eſſe volunt, *puri amoris doctrinam arca-*
Decl. p. 16. *num eſſe quoddam non tantùm Chriſtianorum vulgo ſed etiam pleriſque ſanctis oc-*

cultandum, atque ideò totum Directoris officium eo contineri ut rem relinquat Deo. Tantum dico, *Pastores & omnium temporum Sanctos quodam dispensationis & arcani genere usos fuisse ut de arduis probationibus & altissimo puri amoris exercitio apud eas tantùm animas loquerentur quas ad hunc amorem jam Deus gratiæ suavitate & lumine allexerat.* Ita juxta me ne dum Sanctis hæc doctrina fuerit incognita ut contra eis fuerit concredita. Depositum illud non est quoddam de puri amoris doctrinâ arcanum; sed tantùm quoddam est de arduis probationibus & altissimo purissimi amoris exercitio dispensationis & arcani genus. In citandis tam paucis verbis quantus error! cæterum quod sic locutus sim insimulor, quantò magis nisi ea dixissem insimularer? Nonne hoc ipsum temerariis Mysticis exprobratur, vel imperfectissimis animabus id indiscriminatim proposuisse quod solæ perfectæ ferre possent? Ut id repetam non agitur de puri amoris dogmate speculativè sumpto quod tantùm abest ut secreto tradendum

p. 161.

existimem, ut contra universali traditione illud contineri affirmaverim tantùm agitur de arduis probationibus & altissimo puri amoris exercitio quod infirmis animabus atque à perfectione distantibus promiscue non est proponendum. Perfectio quidem ultima est omnium meta, at non immediata, meta est remotissima quam pauci attingunt. Sed proponendumne est plerisque animabus altissimum perfectionis exercitium ut aliquid quod eis actu conveniat? Ad idne proximè & immediatè attrahuntur? Nonne gratia sensim sine sensu operatur? Nonne lumen sensim sine sensu oritur, ut gratia cujus pars est? Nonne cujusque infirmitati obsecundandum atque obtemperandum est? Nonne in perfectionis rebus expectandum ut anima quæ dirigitur, eas & intelligat & exequi audere incipiat? An non ægris animabus dicendum, *non potestis portare modo*, atque illud, *tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi non escam, nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carna*

p.1. ad Cor.c.3.

carnales eſtis ! Annon lac illis dandum eſt & ſolidus cibus robuſtis ſervandus ? Quo loco rès noſtræ ſunt ſi iis noſtris temporibus crimini & errori vertitur velle ut in regendis animabus gratiæ ſuavitas ad eminentiſſimæ perfectionis exercitia non præveniatur, & ut qui dirigit ſe cujuſque captui patienter accommodet S. Thomas, *tres gradus Juſtorum diſtinguit*; alios *incipientes quibus incumbit* 1. 2. q.
ſtudium principale ad recedendum à pec- 24 a. 9.
cato : alios proficientes qui principaliter intendunt ad hoc quod in bonis proficiant: ultimos perfectos qui etiam in Caritate proficiunt, ſed non eſt ad hoc principalis eorum cura. Sed jam eorum ſtudium circa hoc maximè verſatur ut Deo plerumque inhæreant & eo fruantur. Voluiſſetne incipientibus aut proficientibus proponi ut hoc principale ſtudium recedendi à peccato & in bono proficiendi omitterent quo Deo plerumque inhærerent, eoque fruentur ? *Ad hoc principaliter intendat ut Deo inhæreat & fruatur* ſanctus hic Doctor procul dubio dixiſſet altiſſimum puri amoris exercitium, neque competere, ne-

que proponendum eſse iis qui etiamnum in primordiis vel in progreſſu verſantur. Dixiſſet perfecti etiam in Caritate proficiunt ſed non eſt ad hoc principalis eorum cura. Si ab illo hoc fuiſſet quæſitum ; debentne incipientes & proficientes agere ut perfecti ? Atque his proponendane eſt pro conſueto eorum exercitio, hæc amoris unio , atque hæc contemplativa fruitio ? Reſpondiſſet. *Quamvis etiam hoc quærant & incipientes & proficientes, tamen magis ſentiunt circa alia ſuam ſollicitudinem, incipientes quidem de vitatione peccatorum, proficientes verò de profectu virtutum.* Atque id ipſum à me contra illuſionem dicitur, & id ipſum mihi jam ut crimen exprobratur. Id tamen in ultimo noſtrorum articulorum Iſſiac. diximus ; en noſtra verba. *Cæterum conſtat incipientes & perfectos quemque in ſuâ viâ diversâ ratione eſſe regendos , poſtremoſque & altius penitiùs Chriſtianas veritates intelligere.*

DECLARATIO.

41. Unde conſequitur nec ad omnes etiam Sanctos pertinere illud Chriſti

præceptum, *estote perfecti*; imò nec etiam summum illud, *diliges* &c. quæ vocationis Christianæ perfectioni derogant.

RESPONSUM.

Non solum omnes Sancti sed & omnes Christiani ad perfectionem, quæ purissimus amor est, vocantur. Pauci autem ad eam in hac vitâ perveniunt. Illi ipsi qui ad eam antè obitum perveniunt, multum temporis ad eam attingendam insumpserunt. Perpetuò enitendum est ut ad eam immediatè, vel mediatè, proximè vel remotè tendant. Ubinam in meo Libro reperietur amoris præceptum ad eas non pertinere? Tam horrendarum absque probatione criminationum authoribus condoleo.

DECLARATIO.

Nec minus inter se pugnans ista; 42.
purissimi amoris, contemplationisque donum pendere à gratiâ seu afflatu divino justis omnibus communi; p.65. 67.150. 200.
& tamen etiam Sanctorum plurimis 210.
esse inaccessum, atque illis offendiculo & perturbationi futurum, si proponeretur. Quæ omnia à nobis 212. &c.

inter ſe conciliari non poſſe candidè profitemur.

RESPONSUM.

Quid mirantur, an quod tot tam multæ animæ ad perfectionem vocentur, tam paucæ autem in altiſſimo puri amoris exercitio etiamnum verſentur? nempe aliæ ſuæ gratiæ reſiſtunt & ſe ſubtilibus circumvallant imperfectionibus quæ gratiæ operationem in iis morantur aut minuunt; aliæ autem ſerò cæperunt nec dum eam parfectionem attigerunt ad quam deinde ſenſim pervenient; aliæ deniquè lentiùs progrediuntur, quod Deus eas velit hac probare lentitudine ex quâ earum quoque perfectionem educet, aut quod eas ad eumdem gloriæ gradum non deſtinet ad quem alias evecturus eſt, & ſi nullum eis Deus deneget auxilium ad ea omnia cœpta quæ eis ſuâ vocatione peragenda ſunt.

Quod ad Contemplationem attinet eam cum puro amore confundere non licitum eſſe vidimus. Tantum eſt particulare exercitium quod per-

fectis nunquam concedi posset. Perfectio terminus est ad quem omnes, Deus, generatim Christianos vocat, & gratia gratum faciens absque ullo insolito aut miraculoso dono sufficit ut ad eum perveniatur. Verum paucissimæ animæ perfectionis statum, atque vel proximam ejus acquirendæ viam attigerunt. Efficiendum quidem est ut ad eam pro virili & pro suo lumine paulatim enitantur. Nihil tamen accelerandum est, neque illis sublime amoris exercitium proponendum est, cum hujus nec suavitate, nec luce donantur, *Ut sunt imbecilliores.* Sinendum ex juxta Chrysostomi placitum *ut in præmium etiam spectent, angustæ mentes*, ut loquitur Ambrosius, *Invitentur promissis*, nihil simplicius & æquius est quam omnia mea verba sic conciliare.

L.1. de Abrah. c.8.

Vide meam Past. Epist. p.50. & hom.76 Chrys. in Joan. Monit. p. 9. & 11. lib. p. 140.

DECLARATIO 43.

Primum illud, quod in eodem Libro, & ab initiis & in ipso progressu, semel atque iterùm falsorum spiritualium series referatur, in eâque memoratis vetustissimis Gno-

ſticis, & in mediâ ætate Beguardis, in illuminatis Hiſpanicis ſeries illa conſtiterit, nulla mentione Molinoſi factâ, nullâ aſſeclarum ejus, nullâ præſertim illius Fœminæ adverſus quam articulos inſtructos & inſtitutos eſſe conſtabat: De quibus maximè agi oportebat, cum eorum Libellis, eorumque cenſuris Romano Pontifice authore tota Eccleſia perſonaret.

RESPONSUM.

Seriòne contendunt velle me Molinoſum aut ejus aſſeclas aut purgare dum omni meo Libro 68. propoſitiones ob quas damnatus eſt deteſtor? Quantum ad Authorem cujus Libros cenſurâ notarunt tres Præſules, Summo Pontifici meo Superiori jam ſignificavi quid de eo ſentiam, atque ad hoc caput ſicut ad cætera omnia quod mihi præſcribere illi viſum fuerit, eum pro inviolatâ regulâ ſemper habiturus ſum.

DECLARATIO.

Huc accedunt iſtæ propoſitiones:
44. p.17.20 21. Quod amor puræ concupiſcentiæ etſit impius ac ſacrilegus, ad juſtitiam

tamen & ad converſionem præparet animas peccatrices : cum re ipsâ præparatio non competat, niſi motibus à Spiritu Sancto ſaltem impellente excitatis. *Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 6. ſeſſ. 14. c. 4.*

RESPONSUM.

Puræ concupiſcentiæ amor dictus eſt, non à me ſed à Franciſco Saleſio, *impius*, & *ſacrilegus. Re verâ eſſentiali Creaturæ ordini repugnat*, ut dixi, *ad juſtitiam tamen præparare poteſt quatenus animi cupiditatibus præponderat eaque violenta impedimenta removet.* Nonne ſanctus Bernardus ait, eo nos prudentes effici ad cognoſcendum ubi ſit verum bonum. *Amat ergo jam Deum*, inquit Sanctus ille Doctor, *ſed propter ſe interim adhuc, non propter ipſum, eſt tamen quædam prudentia ſcire quid ex Dei adjutorio poſſit.* Hæc prudentia nonne eſt indirecta ad juſtitiam præparatio ? Prætereà declaravi eam non eſſe reale interioris juſti- *Am. Dei l. 1. c. 17. p. 18. p. 17. de dilig. Deo*

tiæ principium. Eam reſtrinxi ad cupiditates ſedandas, *& ad*
Peccatores ita præparandos ut habiles
p. 10. *fierent ad Fidei verba placidè audienda.*

DECLARATIO.

45.
p. 6. Quod amor juſtificans, quo propria felicitas ideo tantum requiri-
9. 15. tur, ut medium ad finem ultimum, Dei ſcilicet gloriam, relatum, eique ſubordinatum; toto Libro mercenarius vocitetur: repugnante ſcholâ, ſpretoque axiomate Auguſtiniano apud Theologos celebrato. *Nobis ad certam regulam loqui fas eſt.*

RESPONSUM.

Conſtat quidem me de 4°. amoris ſtatu loquentem hæc habere,
pag. 9. *Tunc anima Deum & Deo & ſibi amat, verùm ita ut Dei gloriam præcipuè diligat, in eâque propriam felicitatem non*

quærat

quærat nisi ut medium quod ad ultimum finem Creatoris nimirum gloriam refert, eique subjicit. Eodem ferè modo locutus fui cum proprietatem explicui, hæc mea sunt de virtutibus verba. *Eas ad Dei gloriam præcipuè volumus ut ex iis meritum & præmium nanciscamur, eas etiam volumus ut perfecti de eo gaudeamus. Hæc est resignatio quæ, ut ait S. Franciscus Salesius, propria habet desideria sed subdita.* p. 134.

Prælati supernaturalem unum tantummodo supponunt actum, quo beatitudinis desiderium ad Divinam gloriam ita refertur, ut beatitudo non optetur nisi ut medium ad hanc gloriam relatum; ac meritò talem actum perfectissimum esse affirmant. Supernaturalis est spei actus à Caritate imperatus. Profectò hujus actus perfectioni nihil adjici potest, & injuriâ eum mercenarium nuncupassem. At liquet quartum eum amorem statum esse, non actum.

In hoc habituali statu superna- pag. 8.

RESPONSUM.

Nunquam intendi impoſſibilem caſum animæ quæ licet uſque in finem Deum dilexiſſet æterno tamen ſupplicio mulctaretur fieri poſſibilem & ſanctum Franciſcum Saleſium in eo caſu ſe fuiſſe, verâ perſuaſione credidiſſe, dixi, *caſum impoſſibilem,* p.90. *animæ poſſibilem & actu realem videri in eâ perturbatione & caligine quam patitur, &c.* Licetne citare me ut dicentem caſum illum fieri poſſibilem,cum tantùm dixerim *perturbatæ animæ videri poſſibilem.* Licetne etiam ſupponere veram juxta me eſſe perſuaſionem cum eodem loco declaraverim non *intimam eſſe perſuaſionem ſed apparentem*, ſeu imaginariam quæ ex perturbatione & caligine oritur? fateor me fruſtra in meo libro quæſiiſſe, nec dum inveniſſe quod Præſulibus illud cogitandi anſam præbere debuerit. Dixi contra id quod mihi imputant *animam intueri ſe ut con-* p.88. *trariam Deo præteritâ ſuâ infidelitate & præſenti induratione.* Subjunxi, *de bonâ Dei voluntate hanc animam non dubitare, ſed ſuam malam exiſtimare,*

quia nihil in se præter malum apparens conspicit, &c.

En præcisè casus in quo sanctum Franciscum Salesium fuisse suppono. Ergo hæc anima se damnandam esse non putat, licet usque in finem Deum dilexerit, at se damnandam putat quod non amare Deum sibi videatur. Casus impossibilis *qui animæ tunc possibilis videtur* est quod jam nulla illi misericordia supersit, ipsiusque reprobatio jam prolata sit, sed illa

p. 90. persuasio tantùm est *impressio involuntaria & convictio apparens*, quomodo sanctum Franciscum Salesium in eo casu fuisse negant, cum Meldensis Episcopus ipsa vitæ ejus referat verba quibus dicitur, *eum diu reprobationis impressionem & velut certæ mortis responsum tulisse .... extremis tam duri cruciatus angustiis coactum devenisse ad hoc terribile propositum, quando in alterâ vitâ privandus esset visione & amore Dei, tam digni qui ametur, velle dum hîc viveret omnibus viribus eniti ut eum totâ animâ diligeret, &c.* Credebat ergo sanctus Franciscus Salesius, aut ut veriùs loquar, credere sibi vide-

batur impossibilem casum æternæ suæ à Deo etiam ex hac vitâ reprobationis non solum possibilem, sed erga se actualem. Nisi id in sancti Francisci Salesij vitâ legissem, de eo me Meldensis Episcopus convinceret. Sed non frustra observabitur Meldensem Episcopum qui factum negat & me qui id retulerim insimulat, illud vehementius quam ego atque immensum quantum extendere. Solùm exhibeo perturbatam animam quæ sibi imaginatur *Deo esse contraria, neque eum diligere, ob* p. 88.
præteritas suas infidelitates, & præsentem suam indurationem quæ suæ reprobationis mensuram cumulare ei videntur. Ille casus non idem est atque ille quem mihi objicit Meldensis Episcopus nimirum animæ quæ crederet postquam Deum ad extremum vitæ spiritum dilexisset, se mortuam, ejus visione æternum fore privandam. Sed eumdem illum casum quem mihi gratis exprobat Meldensis Episcopus, quis ab ipso Meldensi Episcopo videre admissum cupit? En ipsum, expressis verbis loquendo de

Instr. p.339. Salesio dicit, *in animo velut certum mortis responsum ferebat, & quod impossibile erat, postquam Deum per totius vitæ cursum dilexisset, supponebat fore ut eum per æternitatem non diligeret.*

DECLARATIO.

47. p.82. 91.118. 122. Quod actus directi & qui animæ reflectentis effugiunt aciem sint illa ipsissima operatio quam sanctus Franciscus Salesius apicem mentis appellet, nullo ejusdem Sancti allato testimonio.

RESPONSUM.

p.82. Dixi, *actus illos directos & qui reflexas animæ cogitationes fugiunt, sed qui sunt maxime reales, & qui in eâ omnes virtutes intemeratas servant esse operationem quam sanctus Franciscus Salesius mentis apicem vocavit.* Hæ meæ sunt hujus rei rationes, & ab hujus sancti Authoris Libro desumptæ. 1°. Hæ operationes proculdubio sunt voluntatis actus quippè juxta eum *sacer consensus semper fit in intimâ animâ, in summo & subtili mentis apice, in extremum mentis recessum velut in arcis propugnaculum se recepit.* Ergo in mentis apice illi de quibus hîc agitur

Am. Dei l.9. c.3.

naturali amore nihil amat quod Deo non ſubdat, & ultimæ fini ſaltem habitualiter & implicitè non ſubordinet. Ita enim afficitur ut ea amare deſineret, ſi Caritati ſubjici & fini ultimo ſubordinari non poſſent. Atque hæc ſunt *deſideria propria ſed ſubdita* de quibus ſecundùm ſancti Franciſci Saleſij principia locutus fui. Naturalia ſunt, rationi accommodata, dominanti in animâ Caritati habitualiter ſubdita, eâque ratione ultimo fini ſubordinatione imperfectâ ſubordinata. Negatio his vocibus expreſſa (*propriam in eâ felicitatem non quærit niſi ut medium*) non ſignificat animam, non alio quam puro divinæ gloriæ amore hoc deſiderium concipere, ſed tantùm eam ſibi hoc naturale deſiderium ob id unum permittere, quod ſupernaturali amori ſubjici & ſubordinari poſſit. Omnis actus fini ultimo nullatenus ſubordinatus ac ſubditus juxta Sancti

Thomæ

Thomæ doctrinam mortale peccatum foret.

Quod ergo secundùm me 4. hujus status amoris imperfectionem constituit, non est Spes supernaturalis & Caritati subordinata; sed naturale & deliberatum beatitudinis pluriumque aliorum desiderium, quod eâ solâ ratione subordinatur, quod subdatur. Deum tunc optat anima non supernaturaliter tantùm & *propter eum*, sed etiam naturaliter & propter *se ipsam.* Supernaturalis amor præcipuus quidem est ac dominans, at non solus. Ideoque non purus est, seu non omnis admixtionis expers. *Virtutes* ut dixi de proprietate loquendo,
p. 134. *præsertim ob Dei gloriam volumus, sed eas etiam volumus ut ex iis meritum & præmium nanciscamur, eas quoque volumus ut perfecti fieri gaudeamus.* En naturalis & mercenarius amor qui proprium commodum constituit quamvis in eo statu

tu in quo Caritas jam dominatur, non prævaleat ille amor, ſtatum tamen inſignit atque conſtituit ratione alterius ſtatûs ſupernaturalis amoris qui purus eſt, ſeu ſibi naturalem amorem adjunctum non habet. Ut duos illos ſtatus diſtinguerem, & crebras utriuſque definitionum repetitiones vitarem, alterum quidem mercenarium, alterum verò gratuitum ſtatum nuncupavi, ac nedum Auguſtinianum ſpreverim axioma, quo vetatur ne ad incertam regulam loqui fas ſit; ut contra locutus fuerim juxta certam normam tum veterum Patrum, tum ſanctorum Contemplantium qui *mercenarios* dixere juſtos imperfectos, quod aliquo naturali & imperfecto præmij deſiderio etiamnum teneantur; perfectos autem *filios* vocavere illos qui hoc *mercenareitatis* reſiduo non amplius laborant. Culpandus ne ſum qui de certo amoris ſtatu dixerim id ipſum

quod

in meâ Epiſtolâ paſtorali. Videbunt *amorem, omneſque virtutes in extremum mentis receſſum velut in arcis propugnaculum ſe recepiſſe dum cætera omnia ſunt capta .... & virtutum ope deſtituta.* Nihil tam vehemens attuli. Ipſe Meldenſis Epiſcopus refert Sancti hujus Verba qui quæ expertus eſt loquitur, atque hanc ſuſpenſionem mutuæ ſocietatis inter partem ſuperiorem quantum ad pacem, & partem inferiorem quantum ad perturbationem præcisè exprimit. *Multo me Deus beat*, inquit, *ſolatio, ſanctis affectionibus, luminibus & motibus quos ſuperiori meæ animæ parti largitur. Eorum pars inferior non eſt particeps.* *Am. Dei l. 9. c. 12.* *Am. Dei l. 9. c. 3.* *Inſtr. p. 363.*

DECLARATIO.

Quâ perfecta ſpes in ſummâ parte conſiſtat, in inferiori verò deſperatio, quodque eſt peſſimum, illa in directis actibus; hæc in reflexis qui ex ſeſe ſunt deliberatiſſimi ac efficaciſſimi, præſertim cum à Directore permittuntur, ita ut ſpes in actibus directis, etiam à reflexis actibus abdicata perſiſtat. 49. p. 87. 90. 91.

RESPONSUM.

Nunquam dixi in parte inferiori consistere desperationem, doleoque quod Præsules in citandis meis verbis toties, tamque apertè errare deprehendam. Supposui quidem in parte inferiore involuntariam desperationis impressionem. Sed fugitne hos Episcopos desperationem esse deliberatum voluntatis actum. Per has voces *involuntariam desperationis impressionem* formaliter exclusi voluntarium desperationis actum quem in verbis meis reperire contendunt. Vox impressionis nihil denotat nisi motum quo invitâ voluntate imaginatio commovetur atque occupatur. Sic Meldensis Episcopus S. Franciscum Salesium dixit, *reprobationis impressionem & velut certæ mortis responsum diu tulisse*, voci *impressionis* addidi vocem hanc, *involuntariæ*, ut eam magis imminuerem. Damnabiturne in meo Libro eadem vox quæ in Libro Episcopi qui mihi eam exprobrat laudabitur? quâ autem ratione veram desperationem vocat quod *persuasionem* nuncupo quæ non *intima*

Instr. p. 338. 339.

eſt, ſed apparens, quæ non eſt, *ex in-*
timâ conſcientiâ, & cum qua juxta
me actu conſiſtit *promiſſorum deſide-* p.91.
rium quod eſt ſpes perfecta.

DECLARATIO.

Quodque eſt peſſimum, illa in di- 50.
rectis actibus; hæc in reflexis, qui
ex ſeſe ſunt deliberatiſſimi ac effica-
ciſſimi, præſertim cum à Directore
permittuntur, ita ut ſpes in actibus
directis, etiam in reflexis actibus ab-
dicata perſiſtat.

RESPONSUM.

Atque hic quidem portentoſus error qui mihi majorem quàm aliis ſtuporem affert, adeo meis Verbis & cogitationibus adverſatur. Sed ut mihi hæc horrenda jure imputaretur amentia in mei Libri textu eſſet reperienda. Dixi fateor ſpem in ſuperiore parte, ideſt, in directis actibus remanere. Verum indène ſequitur ſolos illos directos actus parte ſuperiore comprehendi & reflexos excludi? Ubi nam id ſumitur? cum cuipiam dico talis merces Pariſiis ideſt in tali Pariſiorum officina nanciſceris, ſequiturne hac officinâ Luteriam

totam juxta me ſignificari. Cum ſecundum tres Prælatos negationes ſint adeo formidandæ, ut quid in materia tanti momenti aliquas quæ in nullo mei Libri loco leguntur mihi imputant? Dixi actus directos ad partem ſuperiorem pertinere idque manifeſtum eſt. Nunquam autem à me dictum eſt nullos actus præter directos à parte ſuperiore produci; multo minùs à me dictum eſt reflexas operationes ad partem inferiorem eſſe
p.123. referendas. Contra dixi *quidquid intellectuale & voluntarium eſt ad partem ſuperiorem pertinere.* Id quod eſt ex parte inferiore *ut cæcum & involunta-*
Ibidem. *rium exhibui.* Ab initio articuli XIV. partem inferiorem in imaginatione & ſenſibus conſtitui .... Dixi etiam
p.122. in pag. ſequenti, reflexos *actus........ imaginationi & ſenſibus* qui pars inferior dicuntur, communicari. Sæpiſſimè expreſſis verbis id dixi quod ex diametro repugnat iis quæ mihi imputantur. Quæ vero mihi imputantur in meo Libro non leguntur. Meldenſis Epiſcopus cum quo toties de rebus philoſophicis differui omnium maxi-

me novit quantum abſim ut imaginationem reflexò cogitare poſſe exiſtimem. Dixi quidem à reflexis actibus, veſtigia magis ſenſibilia quam à directis relinqui, actusque directos faciliùs excidere laborantibus animabus quæ non ſatis tranquillæ ſunt ut ſuos actus directos ſecum reputent. Sancti Franciſci Saleſij doctrina eſt quam vidimus. Ergo reflexi actus non ſunt pars inferior quæ in imaginatione & ſenſibus poſita eſt, ſed actus reflexi relictis poſt ſe veſtigiis imaginationi communicantur, cum actus purè directi & rapidi eaſdem ſenſibiles impreſſiones non relinquant. Dixi horum actuum diſcrimine partem ſuperiorem ab inferiore ſecerni. Reverâ enim anima virtutes exercens, non poteſt reflexis mentis actibus eas quas exercet virtutes animadvertere, & ejus reflexi actus nedum ipſius virtutes ei exhibeant cum non ſatis ſenſibile veſtigium poſt ſe reliquerint, unam actualem imaginationis & ſenſuum perturbationem exhibent ſic fit ut hinc anima pace fruatur, omnesque virtutes ſuis acti-

bus directis exerceat, inde autem reflexis intellectus actibus nihil in se præter imaginationis perturbationem conspiciat. Sed nullo mei Libri loco reperietur dixisse me actus reflexos esse in parte inferiòre, multo minùs spem in directibus actibus persistere, à reflexis vero actibus eamdem spem abdicatam longè abesse.

DECLARATIO.

51. Quod in hac divisione animæ involuntariâ desperationis impressione laborantis, ac propriam salutem absolutè devoventis, eadem anima cum Christo expiret in cruce dicens,
p.90. *Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* quasi desperatæ animæ expirent cum Christo, cum Christo deplorent se esse derelictas.

RESPONSUM.

Quando cum tribus Prælatis desperatio in animâ laborante à me collocata supponitur, non mirum est si me nullus non summâ indignatione audiat cum dico animam in cruce expirare cum Christo his verbis *Deus meus, Deus meus ut quid dereliquisti me?* sic enim fit Christus desperatarum

animarum exemplar, quo vel cogitato quis horrore totus non contremiſcat? ſed ubi animadvertitur quam nullâ vel veriſimili ratione hoc mihi imputetur, non improbabitur quod J. C. propoſuerim ut ſpecimen laborantibus animabus quæ ſpem perfectiſſimam ſervant quamvis ut inquit Saleſius *omni Fide, Spe, Caritate destitutæ ſibi videantur.* Atque hanc ſenſibilem experiantur derelictionem ob quam Salvator dicebat, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me?

Am. Dei l. 9. c. 12.

Hinc mihi objiciunt voluiſſe me ut pars inferior ſit reflexorum actuum principium. Inde rurſus objiciunt dixiſſe me perturbationem quæ in inferiori parte reperitur *cæcam eſſe & involuntariam, quia quidquid intellectuale & voluntarium eſt ad partem ſuperiorem pertinet*; ſecum ipſi conveniant. Cum dicam id quod in ſolâ inferiore parte reperitur eſſe *cæcum & involuntarium.* Non igitur huic parti tribuo reflexos actus qui inquantum *intellectuales & voluntarij ſunt* ad ſuperiorem partem

attinent. In iis quæ ſequuntur volo partem ſuperiorem teneri eo omni quod in inferiore abnorme eſſet, quia ſeparatio nunquam eſt *integra* ſatisque inferior ſubordinata remaneat ut ſuperior iis omnibus teneatur quæ in inferiori male agerentur.

DECLARATIO.

52\. Quod in extremis illis probationibus fiat illa ſeparatio animæ à ſe ipſa ad exemplum Chriſti exemplaris
p.121. noſtri : in quo pars inferior non com-
122\. municabat ſuperiori involuntarias
123\. perturbationes ſuas : quodque in hac ſeparatione ; motus inferioris partis noſtræ cœci ſint, & involuntariæ perturbationis : quaſi in Chriſto ut in nobis, fuerint involuntariæ illæ perturbationes : quod *abominandæ* opi-
Conc.6. nionis eſſe probante Synodo ſextâ
act.11. Sophronius ille celeberrimus pronunciavit.

RESPONSUM.

Quod pertinet ad Chriſti perturbationem quæ in meo Libro *involuntaria* dicitur, ſciunt omnes me eo ipſo die quo poſt evulgatum meum

Librum Parisios primum adveni, dixisse, hujus vocis me non esse Authorem, qui eam addidit significare voluit Christi voluntatem non perturbatam esse, licet perturbatio ab ipsius voluntate fuisset imperata. Viri quorum virtus omnibus venerationi est hanc vocem in meo autographo non extitisse testabuntur. Ita eam defendere, mea nihil omninò interest.

DECLARATIO.

Quod autem in Libro assiduè inculcatur Traditio omnium sæculorum, id quale sit, ex uno Francisco Salesio æstimari potest: qui cum in eodem Libro unus omnium ferè adducatur & in ore habeatur: in eo tamen allegando sæpius aberratur: idque in rebus gravissimis quibus tota Libri ratio nititur. 53.

RESPONSUM.

Improbant Prælati allegatas à me fuisse traditionis authoritates quas fictitias esse supponunt. At mea Pastoralis Epistola quamvis minimam earum partem referat, sufficit ut Pa-

trum Sanctorumque contemplantium verba meis vehementiora esse demonstrem.

Quod spectat ad sancti Francisci Salesij locum, duo aut tria in meo Libro malè citantur, quod qui mei Libri editionem me absente procurabat in manuscripto mea ut sancti verba & notavit & dedit, cum ea ut ipsius placita à me ipso referre intenderem. In meâ Pastorali Epistolâ hujus sancti testimonia expressa adduxi, quibus accuratè probarem tres propositiones ad quas tota de puro amore doctrina in meo Libro exigitur.

Duo sunt testimonia alterum de merito, alterum autem de Beatitudine optandâ quæ à me corrupta esse contendunt. At spero fore ut Præsules qui me hac corruptione insimulant, ab eâ criminatione desistant quum Lugdunensem editionem sex annis ab authoris morte, & ante omnes Parisienses editiones concinnatam legerint. Eam in medium proferre paratus sum.

DECLARATIO.

Quæ in antedictis ex parte indi- 54.
cata, brevitatis causâ nunc quidem omitti, & in aliam occaſionem, ut & alia multa differri placuit : quemadmodum , & illa quæ ſpectant ad orationem vocalem ; contemplationis, actuum humanorum, & probationum naturam.

RESPONSUM.

Cum ignorem quid Præſules in meo Libro reprehendant quantùm ad ea quæ ſpectant ad orationem vocalem, contemplationis actuum humanorum & probationum naturam , ad ea nihil reſpondere jam poſſum.

DECLARATIO.

Ac tres notas quibus à medita- 55.
tione ad contemplationem vocatio p. 115.
dignoſcitur , & varia ſcripturæ lo- 145
149.
ca à nativo ſenſu ad novum & inau- 170.
ditum tranſlata. 171.

RESPONSUM. 75. 77.

Retuli tria indicia quibus Beatus Joannes à Cruce , aliique authores dicunt poſſe dignoſci quando

anima à meditatione ad contemplationem transducenda sit. Ex his indiciis unum est juxta B. Joannem à Cruce, inquit Meldensis Episcopus in suis manuscriptis objectionibus, *ut alimentum capere jam non possit.* Ego vero hanc impotentiam, inquiunt, non expressi solum dixi, *cum interius alimentum non capit*, sed addidi, contra vero *non nisi distrahitur; arescit & gratiæ attrahenti non obtemperando contabescit.* Denique ad contemplationis statum admittere nolui nisi eas animas quæ *tantùm per scrupulum atque ad proprium commodum contra actualem allicientis gratiæ delectationem exquirendum in discursivos actus relaberentur.* Putatne Meldensis Episcopus voluisse me animas ad contemplationem transducere cum meditari renuunt, licet illud utiliter possint? Creditne me velle ad contemplationem animam evehere incontemptæ ab eâ meditationis præmium, & quod eâ non nisi distrahetur arescet & contabescet ob eumdem con-

p. 171.

p. 173. & 174.

temptum meditationis qua etiamnum indiget, & quam ab eâ Deus exigit? contrarium præcisè mea verba sonant, loquor enim de distractione, ariditate, languore, quæ oriuntur ex eo quod hæc anima *contra actualem attrahentis gratiæ suæ suavitatem obstinatè meditetur.* Aliunde vultne seu passivâ seu activâ contemplatione interdicere cuilibet animæ quæ non est in absolutâ meditandi impotentiâ? sic regulas everteret, sic animas contra gratiæ suavitatem coarctaret ut Beatus Joannes à Cruce totque alij Sancti dixerunt.

Meldensis Episcopus contendit animas cum à meditatione ad contemplationem transducuntur hac ratione & insolescere & eis significari eas esse perfectas, sed hoc ratiocinio reprehenduntur Beatus Joannes à Cruce, sancta Theresia, Balthazar Alvaresius, sanctus Franciscus Salesius & cœteri omnes qui de hoc transitu locuti sunt. Eodem reprehenditur & Meldensis Episco-

pus qui ob id ipſum Matres à Chantalio & Roſettam in contemplatione
Inſtr. 312. & ſeq. ferè continuâ verſatas eſſe ſupponit.

At tandem an non poteſt anima à meditatione ad contemplationem transſduci quin ſimul tranſitus ille illi ob oculos ponatur, atque tunc fieri ſignificetur? an ejus exercitia mutari non poſſunt quin ſimul eam eſſe perfectam ei ſignificetur quemadmodum Diacono id non dicitur cum ad Sacerdotium quod perfectionis ſtatus eſt, promovetur?

DECLARATIO.

56. Et varia ſcripturæ loca à nativo ſenſu ad novum & inauditum tranſlata.

RESPONSUM.

Quod attinet ad ſcripturæ loca ut ſunt iſta, *abneget ſemetipſum, &c. mortui eſtis, &c.* Juſtis quidem omnibus conveniunt ſed imperfectis minúſquam perfectis. His ſingulariter & eminenter competunt. Patres & omnium ætatum Sancti illa eodem ſenſu quo ego adhibuerunt ea quidem his adoptandò in qui-

bus magis propriè adimplentur, non tamen inficiando quin plenisque justis minùs perfectè conveniant.

DECLARATIO.

Miramur prætereà altum esse in Libro silentium de amore gratitudinis erga Deum & Redemptorem Christum, cum de perfectorum amore agitur; tamquam hæc ad veram genuinamque Caritatem inflammandam, & excitandam minimè pertinerent, aut puro amori derogarent, aut à perfectis ea prætermitti oporteret. 57.

RESPONSUM.

Quomodo mihi exprobrare possunt altum illud de amore gratitudinis silentium, cum pag. 110. dixerim Deum *& perfectissimis animabus plerumque inspirare reflexas cogitationes utilissimas de præteritis ejus quas celebrant misericationibus?* Nonne sic Deum laudant & de ipsius gratiis ei gratias agunt. Prætereà dixi pag. 221. *passivi status est, quidquid in se boni est, si quid est ad Deum læto & humili animo referre.* Poteſtne

amor gratitudinis magis præcisis vocibus exprimi? Insuper manifestum est hunc amorem in omnibus in meo Libro positis includi. Dixi,
p. 168. *purum amorem in iis animabus gratuitâ pace efficere id omne quod in aliis superstite quadam mercenariâ sollicitudine mixtus amor* operatur. Addidi, *excepto proprio commodo... cætera omnia in perfectissimis animabus multò quam in plerisque justis abundantiùs affluere.* In illis *specificam virtutum distinctionem* expressè servo. Virtutibus au-
p. 110. 171. Et alibi sæpissimè. tem gratitudo accensetur, in iis ergo illa continetur. Principium meum manifestum est. Si per gratitudinem intelligatur amor puræ complacentiæ erga Deum in iis quæ nobis impertit donis magnificum, perfectissima Caritas tales actus exercere potest. Si verò per gratitudinem intelligitur amor in Deum quòd primus nos dilexerit, amor ille fundatur in eo quem in Caritatis ordine nobis ipsis debemus. Hunc erga nos amorem pag. 32. & 33. & in artic. 12. à pag. 106. usque ad

pag.115. ſtabilio. Sed non magis eſt neceſſe nos naturali & imperfecto amore diligere ad ſupernaturalem de gratiis jam acceptis gratitudinem habendam quam ad eas quæ ſuperſunt accipiendas. Gratitudo æquè ac ſpes ſupernaturalis evidenter ſervatur.

DECLARATIO.

Nec minus miramur quod cum 58.
in Libro laudatum fuerit decretum p.19.
Concilii Tridentini, ſpem per ſeſe 21 47. 143
eſſe bonam, ac bonis congruentem Seſſ.6.
definientis, illud tamen prætermiſ- c.11.
ſum ſit ex eodem decreto, ſanctiſ- Ead.
ſimos quoſque ac perfectiſſimos, ſeſſ.6. c.11.
quales fuere David ac Moſes, eo incitamento eſſe permotos: unde patet quantum Author à Concilij mente receſſerit, quod docet, *omnibus* Seſſ 6. c.11.
benè operantibus uſque in finem & in Deo ſperantibus ? ac proinde optimo cuique & perfectiſſimo *vita æterna tanquam merces proponenda ſit*; quo motivo non mercenarij ſunt, ſed filij paternæ hæreditatis ex ipsâ Caritate ſtudioſi,

RESPONSUM.

In meâ agendi ratione myſterium quoddam ſuſpicantur quod Concilij Tridentini ſpem Beatitudinis bonam eſſe definientis locum citaſſem, non omnem hujus loci contextum attulerim ut Moyſem & Davidem ſperaſſe oſtenderem. Quid integrum illud teſtimonium allegare attinebat, cum in meo Libro ubique ingeram ſpem Beatitudinis quatenus noſtra eſt, cuilibet perfectionis ſtatui hîc eſſe eſſentialem, & juxta me proprium commodum pro naturali affectu acceptum in ſupernaturales ſpei virtutis Theologicæ actus non influat? hoc ſenſu ſpes ſupernaturalis ſemper eſt gratuita, quamvis ſit mercenaria alio ſenſu ſcilicet eo quo *commodum* pro objecto utili ſumitur ut id explicui in meâ Epiſt. Paſtorali. p. 9. & p. ſuperiore quæ nullo numero deſignatur.

Hîc ſolum animadvertendum eſt Beatitudinis motivo quod ſpei eſſentiale eſt animas juxta 3. Præſu-

les non effici mercenarias. Si autem ex motivo mercenariæ non fiunt, cur quod *proprium commodum* ſeu *mercenarium affectum* ab eis excluſerim improbant? Cum quis motivo mercenario agit, nonne mercenarius eſt? Cum autem quis mercenarius non eſt nonne eum hoc *proprij commodi* ſeu *mercenareitatis* motivo non determinari manifeſtum eſt? Mihi crimini datur hinc quod *proprium commodum* ſeu *mercenareitatem* à ſpe adimam dum eamdem à ſpe Præſules ipſi auferunt. Inde quod *mercenareitatem* in hominibus imperfectis qui ſperant relinquam licet eam non in eorum ſupernaturalibus ſpei actibus ponam, ſed in eorum ſtatu, qui talis eſt ut in eo naturalis amoris actus ſæpè comitentur, aut præcedant ſuper naturales ſpei actus nec tamen in eos unquam ut ſæpius dixi influant.

DECLARATIO.

Huc accedit quod dogmata in Libro tradita eo tendant (invito licet authore) ut actuum directorum be- 59.

neficio vitium cum virtute oppositâ ſtare poſſit ; ut, dum anima juſtitiæ divinæ præpoſtero ſtudio, omnibus occultis Dei voluntatibus acquieſcit ; in plenam & abſolutam reprobationem imprudens conſentiat, & ut, quod vetat Apoſtolus, ad ſubtilia & *vaniloquia* deducamur.

2. Tim. 2.16.

RESPONSUM.

Vitia cum virtutibus non concilio, ſed id credo quod nullus negaverit nimirum eamdem animam directis actibus virtutes exercere, & quodam horrore reflexis actibus animadvertere vitiorum ſimulachra quæ in perturbatâ ipſius imaginatione apparent.

Cum meam Doctrinam ſubtilem & vaniloquam nuncupant, mihi multùm indulgere arbitrantur, quum autem dicunt (invito licet Authore) fictitium eſt temperamentum. Illæ enim voces non conveniunt malæ fidei quam mihi his verbis imputa-

runt. *Universim Libri stylus ita tortuosus ac lubricus est ut plerisque in locis non nisi summo labore certus sensus exculpi & eliquari possit, quod quidem Doctrinæ sibi male cohærentis neque tam temperamenta quam effugia quærentis, indicium est.*

DECLARATIO.

Postremò Ecclesiæ peregrinantis atque in patriam suspirantis extinguuntur gemitus: Paulus & alij inter ipsa martyria expectantes beatam spem atque hoc lucrum reposcentes, inter mercenarios ablegantur. *60.*

RESPONSUM.

Inter mercenarios ablego non S. Paulum cœterosque perfectos qui cœlum absque naturali & mercenario affectu optavere, sed imperfectos justos quorum supernaturales spei actus adjunctos habent naturalis & deliberati erga se ipsos amoris actus quibus *proprium commodum* seu mercenareitas constituitur, sic *Vide meam Pastor: Epist.*

loquendo, claram & conſtantem traditionem ſequor.

Poſtremò fundamentalis trium Præſulum in meo Libro impugnando ea eſt regula ut univerſa temperamenta quibus refertus eſt è medio prorſus aufferant cum ea contradictionum nomine inſigniant. *Quæ ſententiarum ac verborum tam aperta contradictio ; non erroris excuſatio ſed probatio.* In uno quoque loco omnia ſimul cogere impoſſibile eſt. Non poſſibile eſt loqui de aliquâ re quæ ad alias omnes non eſſentialiter referatur. In materiâ adeo abſtractâ, adeoque diffusâ prævideri nullatenus poſſunt omnes argutiæ quæ circa vocabulum aliquod detractum proponentur, ut ſic ambiguum efficiatur. Nunquam tam arduum fuit ea ulli operi addere temperamenta quam quæ huic erant apponenda. Atque etiam addere auſim nulli unquam Libro in hac materiâ tot extitiſſe temperamenta quot ſunt in meo, licet utrum ſatis eorum adjectum ſit non decidam. Sed omnia

hæc temperamenta toties repetita & quæ manifestò sunt totius systematis anima, sunt vana, cum universa eludantur ab iis qui ea non ut prætenderam pro temperamentis sumunt sed pro crassis contradictionibus & *tortuosis* atque *lubricis* effugiis. Interim annotandum est nihil minùs esse tortuosum minusque lubricum quam apertæ in eadem lineâ contradictiones. Denique jam sufficiet ut authori affingatur sensus impius à suo alienissimus, omniaque quæ adhibet loca impietati sibi attributæ formaliter adversantia dicere esse contradictiones, nullatenus autem temperamenta. Tali in perpendendis libris adhibitâ lance nullus deinceps Liber censuram effugeret sed ut illæ contradictiones æquè apertæ viderentur ac Prælati contendunt, saltem mea ipsa verba non priùs corrupta referri necesse erat. *Certis*, inquiunt, *clarisque ac ipsissimis verbis dissona asseverat*. Nedum autem mea verba religione referant modo vidimus contraria iis quæ dixi mihi perpetuò

ab iis affingi, & manifeſtis centieſque repetitis propoſitionibus opponi coactas conſequentias quas non aliter eliciunt quam mei verba accipiendo in ſenſu ſummoperè diverſo ab illo quem ipſi aliis authoribus in eadem materiâ indiderunt cum eos approbarunt. De me auſim dicere tanquam ſi de alio loquerer, ſuppoſito quod meus Liber talis fuiſſet qualem eum Præſules depingunt, eos debuiſſe aliâ prorſus ratione agere quam quâ egerunt. Suppoſito quod meus Liber craſſiſſimas in eadem paginâ contradictiones præ ſe ferret, optare eos decebat ut impiam contradictoriam, per piam & Catholicam contradictoriam exponerem atque poſtremam prioris eſſe temperamentum faterer. Decebat eos mihi viam ſternere ad illam ſub explicationis nomine velatam retractationem, eamque ſcandali vitandi causâ palam approbare. E contra illis oſtendi totum mei libri ſyſtema vocibus *intereſſati* ſeu *mercenarij & proprij intereſſe* ſeu proprij commodi verti, & me per *proprium*

commodum tantummodo intellexiſſe naturalem hominis erga ſcipſum affectum, ut Patres & Sancti omnes Myſtici eum ante me intellexerunt, atque ut ipſi Præſules in Libris à ſe approbatis intellexere. Hac explicatione omnes eorum difficultates enodabam. Hac explicatione portentoſæ illæ atque incredibiles contradictiones quæ mihi quâque lineâ imputantur, evaneſcebant. Hac explicatione ſyſtema ſimplex cohærens & quod perfectam ſupernaturalium virtutum diſtinctionem ſervabat ob oculos ponebam. Prætendebantne *Intereſſatum* & *mercenarium* idem eſſe negare? non poterant: in ſuâ enim declaratione *intereſſatum* per *mercenarium* traduxerunt. *Mercenareitatem* in ſermone veterum atque recentiorum Sanctorum eſſe imperfectum erga nos ipſos affectum negare non poterant. *Marcenareitatem* illam à filiorum perfectorum ſtatu Patres excluſiſſe negare non poterant. Suas præcipuas difficultates *proprio commodo* juxta hunc ſenſum ſemper intellecto è me-

dio ſublatas eſſe negare non poterant. Sed hoc ſenſu ſemel accepto neceſſe erat ut palam fieret eos ad meam condemnationem feſtinantiùs acceleraſſe, magnumque offendiculum omnibus poſuiſſe. Meas æquiſſimas explicationes imperiosè rejicere maluerunt ut ſic me ad retractationem redigerent.

DECLARATIO.

61. Nos verò, *formam habentes ſanorum verborum*, Sanctorumque veſtigiis inhærentes, rebus impoſſibilibus & abſurdis pietatem Chriſtianam perfectionemque minimè metimur. Nec inſolitos affectus quo pauci Sanctorum parcè traſeunterque effuderunt, confeſtim in regulam & in vitæ ſtatum verti oportere credimus: neque has voluntates conſenſioneſve quæ circa impoſſibilia verſantur, veras voluntates conſenſioneſque ſed velleitates more ſcholæ appellamus.

Hæc igitur vera à majoribus acce-

pimus, hæc ſentimus, hæc omnibus teſtata eſſe volumus.

RESPONSUM.

Non ſemper æſtimanda eſt cujuſque animæ perfectio à ſolis impoſſibilibus ſuppoſitionibus quas elicit. Sed S. Franciſcus Saleſius, fatente ipſo Meldenſi Epiſcopo *iis ſuppoſitionibus impoſſibilibus totus refertus eſt.* Ipſe Meldenſis Epiſcopus eas à *Chriſtianiſmi primordiis* per S. Clementem Alexand. & per ſancti Chryſoſt.ſcholam probat. Subdit, *Hæ per impoſſibile ſuppoſitiones in omni ſchola* ſunt celebres. *Myſticos in quibus ſunt frequentes referre nihil attinet*: Meldenſis Epiſcopus non vult ut *eruditi viri eas contemnere audeant ut pias amentias .... ut exercitationes in quibus recentes à primorum ſæculorum gravitate degeneraverunt.* Affirmat *eas non poſſe rejici quin ſimul quidquid in Eccleſiâ maximum & ſanctiſſimum eſt condemnetur.* Cur igitur eas dixit abſurdas ? Cur igitur eas in Moyſe & in Paulo *pios etiam exceſſus*

Inſtr. p.334. p.337. p.338. p.335. p.344. p.443.

nuncupat ? toties ad eas ob id unum Sancti confugerunt ut verum animorum situm dignoscerent. Quum S. Augustinus populum suum interrogaret de impossibili casu beatitudinis quæ hîc æterna foret., ita tamen ut Deus non videretur, Populo suis gemitibus significante velle se Patris Cælestis faciem intueri Magnus hic amoris Doctor exclamabat. *Fratres mei unde ingemuistis nisi quia jam natus est timor castus permanens in sæculum sæculi.* Tunc impossibiles suppositiones maximâ utilitate adhibebat ut fidelium perfectionem perpenderet, atque in hac agendi ratione nihil erat absurdi. Quum similia supponebat ut animadverteret utrum peccatorem sui peccati *timore pœnæ an amore Justitiæ* pœniteret, anne ineptiis obnoxius erat ? Nonne æquum est rei alicujus privationem supponere, ut nostrum animum probemus, atque utrum ei adhæreamus dignoscamus ? Christianus qui opibus affluit & qui pauper spiritu esse cupit, nonne quan-

S. Aug. serm. in psal. 127. n. 9.

doque divitiarum ſibi jacturam exhibet ut perſpiciat utrum ab iis animum abjecerit ? Fidelis qui Eccleſiæ pace fruitur nonne ſibi interdum ob oculos ponit martyrium ut ſciat utrum ſui ſanguinis effuſione horrendos inter cruciatus teſtimonium Chriſto exhibiturus eſſet ? Similiter anima ſanctiſſimo amore flagrans nonne poteſt ſibi proponere Caſum in quo Deus qui ſummo jure Cæleſtem gloriam illi non debet eamque illi gratuitò pollicetur, eamdem gloriam illi impertire denegaret ut ſuum animum pertentet, animadvertatque utrum ſponſi paradiſum ob unum ſponſum, unoque puræ gratiæ amore quærat. An vero etiam ſponſi paradiſum cupiat, ut ſimul naturali ſui ipſius amori indulgeat ?

Illa quidem noſtri animi probatio tantùm facienda eſt cum juxta illud Cantici à Meldenſi Epiſcopo laudatum *fortis eſt ut mors dilectio, dura ſicut Infernus æmulatio,* ſed tamen hæ ſuppoſitiones nedum ſint *abſurdæ*, *Inſt. p.431.*

Sanctis, ut ipſe Meldenſis Epiſcopus fatetur, ſunt familiariſſimæ, quamvis in declaratione contrarium innuat his verbis, *inſolitos affectus parcè tranſeunterque.* Neque etiam Sancti rapidis animi motibus hæc ſupponunt. Eas in tranquillo ſtatu ſuppoſitiones adhibent ut & Lectores erudiant, & conſuetam animi ſui affectionem quam ſervare intemeratam ſummoperè ſtudent, palam proferant. Affectionem illam in quâ perſiſtere cupiunt aliis inſpirant.

Meldenſis Epiſcopus qui in ſuo Libro has voluntates *ſacrificia & terribile propoſitum* nominat. Eas deindè pro *velleitatibus* eſſe habendas contendit. At propiùs perpendendum eſt quid per *velleitatem* intelligatur. Si hoc vocabulo intelligatur ſemi-voluntas infirma & incerta hominis ſibi ipſi non convenientis & vana inter propoſita fluctuantis voluntas, nihil indecentius, nihil Moyſe & Paulo indignius quam tales eis tribuere voluntates,

Inſt. p. 434. 439.

tates infirmas, vanas; & ſteriles quæ veræ ſunt hæſitantis animi dubitationes. Sin autem per *velleitatem* tantùm intelligatur plena & conſtans huic objecto adhærendi voluntas non illi quod caſus impoſſibilis ſuppoſitione exprimitur, tunc *velleitas* eſt deliberatiſſima, pleniſſima & perfectiſſima voluntas. Caſus quidem nunquam evenit. Caſum quoque illum quem impoſſibilem novit anima non intendit. Sed voluntatis affectio quæ hac datâ occaſione exprimitur, realis eſt & actualis quantum ad purum illum qui exprimitur, independenter à beatitudine animi affectum. Non dicitur quidem *volo*, ſed tantùm *vellem*, at illud *vellem* verum& perfectum *volo* evidenter importat. Exempli gratiâ induratus peccator qui ſenectute confectus dicit, ſi rurſus adoleſcerem, rurſus me voluptatibus totum permittere *vellem*. Caſus eſt impoſſibilis, neque etiam voluntatis objectum eſt, Caſus eſt opportunitas illius quod voluntas cupit, exprimendi.

Peccatoris hujus erga peccatum affectio lethalis, actu realis est totiusque voluntatis. Debilitas in solo corpore est, in vitium sat superque voluntas valet. Peccator dicendo *vellem*, non minus dicit ac si diceret, *volo* peccatum, quippè vult malum; & plenè id vult, licet ei se permittere non valeat. Hoc horrendo; quod à vitio petitur exemplo, intelligitur oppositum virtutis extremum, qui ad Deum gratuito amandum dicit, *vellem &c.* non vult qui dem casum impossibilem æterni absque beatitudine amoris, sed tamen sic verum & perfectum, *volo* exprimit beatitudine non quidem privabitur. Vult autem independenter ab hoc motivo diligere quasi beatitudo ei non esset promissa. Igitur vocabulum *velleitatis* tantùm apparens est temperamentum quod rei de quâ agitur nihil addit.

Quantum ad verba quibus tres Præsules suam declarationem concludunt, facilè animadvertitur iis indirectam contineri censuram quâ

Summi Pontificis judicium antevertere properarunt. At ſpero Sanctum Pontificem reſpecturum ærumnas Epiſcopi cujus fides tot falſis contra genuinum ejus Libri textum imputationibus oppugnatur. Ad quem deinceps in fidei rebus innocentia confugerit niſi ad Romanam Eccleſiam tutum oppreſſorum Epiſcoporum à tot ſæculis aſylum ? Subjectione ac docilitate illimitatâ in ejus me ſinum conjicio.

ERRATA

Pagina 12. linea 9. *eum*, lege *cum*

p. 13. in citatione Bellarmini *c.* 12. *p.* 159. lege *c.*2. *p.* 349. addeque *edit Colonien.*

ibidem. l. 4. *contineri*, lege *continere.*

p. 15. l. 1. iſta vox *ſui*, debuiſſet excudi caractere Italico.

p. 22. l. 2. *ſummi boni eſſe deſiderium puri amoris &c.* lege *quod ſummi boni eſt, deſiderium, eſſe puri amoris ac perfectè gratuiti actum?*

p. 36. 1. citt. in margine *l.* 16.*&c.* lege *l.* 11. *c.* 13.

p. 37. l. 15. *certificat*, lege *caſtificat.*

p. 51. l. 8. *at qui*, lege *atqui.*

p. 52. l. 28. *nihil*, lege *quidquam.*

p. 55. l. 12. iſta vox *loco* non debuiſſet excudi caractere Italico.

p. 59. l. 15. *voluntati*, lege *voluntatis.*

p. 64. l. 8. *ſui ipſius*, lege *noſtri ipſorum.*

p. 67. l. 21. *conformari*, lege *conformandi.*

p. 68. 5. citt. in marg. *p.* 91. lege *p.* 151.

p. 71. l. 10. *fuerunt ſolliciti*, lege *curabant.*

p. 72. l. 6. poſt hanc vocem *poſſet* adde *ut.*

p. 75. 1. citt. in marg. *c.* 15. *p.* 36. lege *c.* 19. *p.* 47.

p. 77. l. 20. *hac*, lege *hoc.*

p. 83. l. 20. *coaſſenſu*, lege *conſenſu.*

ibidem. l. 25. *de consensu quo acquiescit proprij commodi jactura & justa damnationi locutus fui &c.* lege *de consensu quo acquiescit proprij commodi jactura & justa damnationi* &c. *locutus fui* hæc duo ultima verba *locutus fui* non debuissent excudi caractere Italico.

pag. 85. 2. citt. in marg. *hom.* 78. lege *hom.* 76.

p.90.1.citt.*vic.c.*14.lege *in vita ejus c.*14.

p. 91. 1. citt. 334. 335.336.337. lege 134. 135, 136. 137. &c.

p. 92. l.21. *se proprio commodo*, lege *proprij commodi appetitione.*

p.96. l. 15. *injustis*, lege *in justis.*

ibidem. l. 20. *Ergo*, lege *Erga* sublato puncto.

p. 100. l. 2. in marg. adde p.241.

p. 101. l. 17. *et si*, lege *etsi.*

p.102. l.24.*impurissimis*,lege *in purissimis.*

p. 103.4. citt. *p.* 254. lege *p.* 255.

p. 106. l. 21. *extenuatne mortificationum utilitatem aut necessitatem qui*, verba ista non debuissent excudi caractere Italico, nec ista vox *agnoscit* quâ phrasis sequens finitur.

Ibidem, 2, cittatio 131. ponenda fuisset

tribus

tribus lineis inferius & in locum illius ista substituenda. *p.* 129.

p. 107. l. 17. *sensibiles*, lege *sensibilis.*

p. 117. l. 23. in marg. adjice. *p.* 189.

p. 121. l. 11. in marg. adjice. *p.* 194.

Ibid. l. 25. *exercij*, lege *exercitij.*

p. 122. l. 16. in marg. adjice *p.* 82.

Ibid. l. 1. in marg. adjice *p.* 195. *&* 196.

Ibid. l. ulti. in marg. adjice *p.* 118.

p. 123. l. 11. *illi*, lege *illis.*

p. 130. l. 7. *Si Episcopus &c.* istæ ultimæ lineæ usque ad sequentem articulum non debuissent excudi caractere Italico.

p. 132. l. 11. *consulantur*, lege *consolantur.*

p. 136. l. 21. *suavis*, lege *suaves*

p. 139. l. 26. post hanc vocem *quas* adjice *gratia.*

p. 143. l. 16. *nostroruum*, lege *nostrorum.*

p. 144. l. 1. in marg. adjice *pag.* 166.

p. 146. l. 23. in esse, lege inesse.

p. 151. l. 13. *hullâ*, lege *nullâ.*

p. 156. l. 23. post hanc vocem *Francisco* adde *Salesio.*

p. 159. l. 4. in marg. adjice *instr. p.* 236.

Ibidem citatione sequenti *à pag.* 218. *ad pag.* 222. *lege à pagina* 308. *ad pag.* 322.

p. 160. l. 23. in marg. adjice 209. & 210. &c. & tribus lineis inferius adjice

adjice pariter in margine *p.* 177.

p.164. l.16. in marg. adjice, *vide meam past. ep. p.* 44. *&* 51.

p. 165. l. 14. in marg. adjice *Coll. 9. c.* 24. *coll.*10. *c.* 8. *&* 10.

p. 169. l. 24. *fruentur*, lege *fruerentur.*

p.172. l.13.*parfectionem*,lege *perfectionem.*

Ibid. l. 21. *et si*, lege *etsi.*

pag. 174.l.14. post hanc vocem *asseclas* adjice *deffendere.*

Ibid. l. 23. *eum*, lege *id.*

Ibid. l.27. *etsit*, lege *etsi*

pag. 176. l. 18. *nuncupavit*, lege *nuncupavi.*

pag. 179. l. 26. in marg. adjice p. 89.

p. 180.l.18. in marg. adjice *Instr. p.*339.

p. 183. l. 4. *destineatur*, lege *distineatur.*

p. 185. 1. citt. *p.*403. lege 413. vel 305.

p. 186. l. 12. in marg. adjice pag. 121.

p.189.l.26. *talis merces*, lege *tales merces*,

p. 192. l. 7. *directibus*, lege *directis.*

p. 198. l. 25. *incontemptæ*, lege *in contemptæ.*

p. 201. l. 2. *plenisque*, lege *plerisque.*

p. 202. l. 27. 32. *&* 33. lege 31. *&* 32.

p. 209. l. 27. *religione*, lege *religiosè.*